nus violẽtas vel te
merarias in cleri-
cuz vel religiosum
vel monialẽ vł alterã religio

sam ꝑsonã:papalis est absolu
tio si iniuria ẽ enormis. Hu
ius tñ declarationez vide in
tertia parte in.ti.xxv.de excõi
cationibus:⁊.xvij.q.iiij.c.siqs
suadẽte diabolo in decretis.
¶ De icẽdiarijs ecclesiarum:vł
aliorum locorum sacrorum:vł religio
sorum:vł cimiteriorum.est papalis
excõicatio:post fũt denũcia
ti:sz p epm̃ pñt absolui añ de
nũciationez de hac vide in.c.
cõquesti ⁊ in.c.tua nos extra
de sen.excom. ¶ De effracto
rib⁹ ꝓdictorum locorum sacrorum q
ẽt post fuerint denũciati: ẽ
absolutio papalis: sed añ de-
nũciationẽ epalis est absolu-
tio extra de sen.excom.ca.con
questi. ¶ De incẽdiarijs alio
rũ locorum nõ sacrorum.de cõsulẽ
tibus aut fautorib⁹.qui tales
nõ sunt excõicati aliquo iure
cõi.sed sunt excõicãdi. Si tñ
fuerit excõicati aliquo iure p
ticulari:puta excõicatione sy-
nodali vł cõstitutione: vel ab
hoie:⁊ si fuerũt denũciati est
casus papalis extra d sen.ex-
cõi.c.tua. ¶ De falsantib⁹ lit
teras papales:vel falsis scien
ter vtentibus extra de crimi-
ne falsi.c.durãte. ¶ De appo
nentibus manum ad corrigẽ

dum etiam minimā litteraꝫ: vel punctū minimum. in his litteris exceptis his quib⁹ est commissum: est papalis absolutio fm Hostiē. per sententiā curie latam. ¶ De hereticis fingentibus nouā heresim vel iam dānatam sequētibus. xxiiij. q. j. c. j. ꝛ. ij. extra ꝺ here. c. ad abolēdū: ꝛ nunc est casus papalis per extrauagātē. Martini quiti vt patet in processu ipsius annuali vide in prima parte in. c. ꝺ hereti. ¶ De scismaticis ꝛ precipue de sequētibus scisma Petri de luna. ꝛ successorum eius ꝛ fautorū ipsi⁹ scismatis: est papalis absolutio per ꝓcessum curie. ¶ De credētibus: receptatorib⁹: defensoribus ꝛ fautoribus hereticoꝛuꝫ: est papalis absolutio: ꝛ quō intelligātur ista nomina: vide ti. xxv. ꝺ excōmunicationib⁹ in tertia parte sum. ¶ De cōmittentibus simoniā siue pro ordinib⁹ siue pro beneficijs: vel p̄latuṙis ecclesiasticis: vel pro ingressu i religionē vel pro alijs spūalib⁹: ē absolutio papalis per extrauagātē Martini quinti: Vide de hac i. ij. pte sum. ti. ꝺ simonia. ¶ De facientib⁹ pactū vel ꝓmissionē vel recipiētib⁹ ex pacto vel ꝓmissione oculta vł manifesta aliqd: ēt puū pro aliqua iusticia vel gr̄a pro alio vł pro se i causis iudicialib⁹: seu pro litteris obtinēdis ab apostolica sede: ē papalis absolutio p extrauagātē Bonifacij octaui. ¶ De sciēter vtētib⁹ talibus gratijs vel litteris sic obtētis: ē absolutio papalis p extrauagantē Bonifacij. ¶ De piratis ꝛ qbuscūqꝫ alijs in mari depredātib⁹: ē papalis absolutio p ꝓcessuꝫ curie. ¶ De ipedictib⁹: depredātib⁹: vel inuadētib⁹ adducētes victualia seu alia ad vsuꝫ romāe curie necessaria: vł ne talia ꝺferant aut adducant ad curiā ꝛ ꝺ defendētib⁹ talia faciētes: ē absolutio papalis per processum curie. ¶ De capiētib⁹: detinētibus: depredātib⁹ romi petas ꝛ peregrinos ad vrbē romā accedētes tā cā deuotiōis q̄ꝫ peregrinatiōis: ꝛ sumētes i ca morātes ꝛ recedētes ab ipa: ē absolutio papalis p ꝓcessuꝫ ānealē qui fit i curia. Et similiter de dātib⁹ cōsiliū ꝛ fauorē ad talia supradicta faciēduꝫ: est papalis absolutio p ꝓcess-

sum. ¶ De portantib⁹ arma equos ⁊ alia necessaria ad ipugnādū christianos vel trāsmittentibus: seu galeas ⁊ naues vendenti b⁹: vl' in piraticis sarracenorū nauib⁹ gubernationē exercētibus: vel dantibus auxilium cōsiliū ⁊ fauorē in dispendiū terre sancte extra de iudeis capitulo ad liberādā ⁊ est casus papalis p extrauagātē Clemētis: ⁊ p. pcessū curie. ¶ De portātib⁹ ēt victualia ⁊ alia quecunq; mercemonia in Alexādriam vel in alia loca sarracenorū terre egypti: vel mittētib⁹ ipa vel de suis portub⁹: vt eis deferanť extrahentib⁹: vel extra bi pmittētibus aut dantibus auxiliū ⁊ fauorē ⁊ est papalis per pcessū curie. ¶ Nota tñ sicut veneti in hoc hūt licētiā. i. ii. p. iii. c. xxv. c. xxx. ¶ De portantibus predicta: vel aliquo mō predictorū: ⁊ ad hoc operātibus ad oēs terras soldano subiectas: est papalis absolutio per extrauagātē Clemē. ¶ De euntibus ad terrā sanctā ēt causa deuotiōis seu voti sine licentia sedis apostolice: ⁊ est absolutio papalis: pro ut reperit' i libro penitētiarie summi penitētiarii: qui ⁊ ipse hoc pōt. ¶ De insecutoribus cardinaliū hostiliter: ⁊ est excōicatio papalis: p. c. felicis d penis li. vi. ¶ De bāniētibus epos: vel capiētibus, ⁊ insecutoribus: vel hoc fieri mādātib⁹ aut facta ab aliis rata hñtibus vel in his dātibus cōsiliū: ⁊ fauorē vel scienter tales defendētib⁹ ē papalis absolutio: per. c. siquis: d penis i cle. ¶ De exēterātibus: vel in frusta cōcidētibus seu decoquere vl' incidere: aut ossa de carnibus euellere psumētib⁹ cuiuscūq; defuncti: vt eius ossa ad partes alias deferātur: est papalis absolutio: per extrauagantē Bonifacii. ¶ De occupātibus vel detinētibus: vl' hostiliter discurrentib⁹ per se vel per aliū directe vel indirecte sub quocunq; titulo vl' colore ciuitates: terras: loca: vel iura ad romanā ecclesiā ptinentia: ⁊ adherentibus: fautoribus ac defensoribus eorū: est absolutio papalis per processū curie. ¶ De his qui occasione sentētie excōicatiōis: suspēsionis vel interdicti late: dant licētiā eos grauādi: qui eā tulerunt vel suos imper-

sonis:rebus:vel bonis illorū quoꝝ occasione late sunt: vel qui eos obseruāt vel qui taliter excōicatis cōicare volunt nisi licentiā ipsam integre reuocēt. ¶ Similiter qui dicta licentia vsi fuerint vel ēt sine licētia hoc fecerint suo motu excōicationē incurrūt in qua si pmanserint per duos mēses:est papalis absolutio. Vide de hac in capitulo de dominis in scđa parte terne ti. xxv.c.xxiiij. ¶ De his qui cogunt aliquē celebrare in loco interdicto:vel ad audiēdū diuina cōuocāt excōicatos:vel interdictos : vel ꝓhibent eis ne moniti exeāt: ⁊ de his qui moniti nō exeūt cle.c. grauis de snīa excom. ¶ De his qui imponūt in terris suis noua pedagia vel augēt antiqua: ⁊ est excōicatio papalis per processum curie. ¶ De laicis recipiētib⁹ in romana curia litteras dn̄i pape de manu alicuius:nisi de manu dn̄i pape vel bullatorum:vel nuncij nō recipiētes de manu predictorum incidunt in eandē.

¶ Excommunicationes papales concernentes religiosos religiosasq̃.

d ¶ De clericis ⁊ religiosis inducētib⁹ ad vouendū:iurandum:vel ꝓmittendū de eligēdo apud eos sepulturā: vel vt eaȝ vlterius nō mutent iā electā: excōmunicatio est papalis per cle.cupiētes de pe. ¶ De religiosis qui absq̃ speciali licētia ꝓprij sacerdotis solēnizarēt matrimonia:aut ministrarent sacrm̄ eucharistie:vel extreme vnctionis: est excōicatio papalis ex̄ de priuile.religiosoꝝ in cle. ¶ De religiosis qui excōicatos a cānone absoluunt a casibus nō ꝯcessis: aut qui absoluūt a sententijs per statuta synodalia vel prouincialia ꝓmulgata: aut absoluūt a pena ⁊ a culpa:est excōmunicatio papalis.per cle. j.de priuile. ¶ De inq̄sitorib⁹ hereticoꝝ: qui odio:gratia:vel lucro:⁊ amore ꝯtra iustitiā ⁊ ꝯscientiā omiserint ꝯtra quēpiam ꝓcedere:vel ipsaȝ heresim alicui iponerēt:q̄ꝛ impedirent officiū suū:est excōicatio papalis:per cle.multorum de here. ¶ De mēdicantib⁹ professis qui trāseūt ad aliquam religionē monachalē excepto ordine cartusiensiū ⁊ recipi-

entibus talez scienter: est excõmunicatio papalis per cõstitutionẽ Martini factã Cõstãtie. ¶ De clericis sciẽter et sponte cõicantibus excõicatis a papa in diuinis: est excõmunicatio papalis sm̃ Hostien. ¶ Ista excõicatio tñ habet dubiuz: ex̃ de sen. excõ. c. significasti. ¶ De participãtibus in crimine ꝓpter qd̃ aliquis est excõicat⁹ aliqua p̄dictaꝝ excõicationuz: est excõicatio papalis: per. c. si cõcubine ex̃ de sen. excõ. ¶ De his qui absoluunt ab aliqua p̄dictaꝝ excõicationũ citra sedez apostolicaz: preterq̃ꝫ in articulo mortis: qui taliter absoluũtur si nõ representãt se q̃ꝫ citius possunt ei a quo p̄nt absolui: vel mittãt pro absolutiõe: reincidunt in eãdem. s. papalem excõmunicationez: per. c. eos de sen. excom. li. vj.

¶ Excõmunicationes episcopis ex iure reseruate.

E verberãtibus clericos: religiososvel moniales: seu talib⁹ manus violentas inijciẽb⁹ seu temerarias: est epalis excõicatio: si fiat leuis iniuria talibus: per. c. peruenit ex̃ de sen. excõ. ¶ De his qui initiãt ordinationib⁹ seu alienationib⁹ a scismaticis factis: est epalis per. c. ex̃ de scisma. ¶ De his qui vsurpãt de nouo vacantium ecclesiaꝝ: monasterioꝝ vel alioꝝ pioꝝ locoꝝ custodiam: seu guardiã: tituluz aduocationis: seu defensionis que ꝓprie sunt noĩa patronatus: vel ipsoꝝ locoꝝ vacantiũ bona occupant: vel regalia. i. collectã que fit ratione regis vel imperatoꝝ: seu tributuz regi debitũ: vt. c. generali. de elec. li. vj. ¶ De clericis vel monachis ipsoꝝ locoꝝ vacantium qui hoc fieri ꝓcurant: et hec excõicatio cũ priori habet: excõicatio est epalis: per. c. generali. de ele. in. vj. ¶ De his qui ab ecclesijs et vel psonis ecclesiasticis per se vel p alium suo noĩe vel alieno pro personis vel reb⁹ quas nõ cã negociationis deferũt vel deferri faciũt seu trãsmittũt: exigunt aliqd̃ pedagiũ vel guidagiuz: est excõmunicatio epalis: per c. q̃ꝫq̃ꝫ de cẽsi. li. vj. ¶ De his qui fecerũt statuta ꝯtra libertatez ecclesie: et qui scripserũt ea qui sunt potestates: cõsules: rectores et ꝯsiliarij locoꝝ

vbi dicta statuta seu etiā consuetudines edite sunt vel Sua te ꝛ qui seruare ea fecerint ꝛ s̄m ea iudicauerit:ꝛ vt qui in publicā formā redegerint iudicata: est excōicatio ep̄alis: per.c.nouerit.ex̄ de sen. exco. ¶ De rectorib⁹ ciuitatū facientib⁹ exactiones indebitas clericis:religiosis : vel ecclesijs eorū:si postq̄ fuerint moniti nō desistāt:est ep̄alis excōmunicatio: per.c. nō min⁹ extra de imu.eccle.ꝛ.c. aduersus ꝯsules. ¶ De his qui ab solutionē ab aliqua excōicationē:vel reuocatione ei⁹suspēsionis vel iterdicti extorquēt per viz vel per metū:neq̄ valet absolutio: s; incurrunt nouam excōicationē:est episcopalis excōicatio p.c.j. de bis que vi metu siue cā fiūt.li.vj. ¶ De his qui per assassinos i.quosdā īfideles qui ex falsis suis opinionib⁹de facili mittebant ad occidendū christianos ꝛ qui iterfici fecerint:vel mādauerint aliquem christianū:etiā si mors nō fuerit subsecuta:ꝛ de receptatoribus ꝛ defensorib⁹ꝛ occultorib⁹eoꝝ: est excōicatio ep̄alis per.c. ꝓ hūani de homici.li.vj. ¶ De potestatib⁹:capitaneis:rectoribus:ꝯsulibus: iudicib⁹:consiliariis:ꝛ alijs officialib⁹ qui statuta faciūt: scribunt vel dictant:per que q̄s cōpellat̄ soluere vsuras vel solutas non repetere:est ep̄alis excōmunicatio i cle.ex graui.de vsuris. ¶ De his qui occasione snie excōicationis vel iterdicti lateꝛ:dant licentiā grauandi illos qui tulerūt eas : vel suos in personis vel rebus. Hic tū casus est episcopalis vsq̄ ad duos menses ab incursione sententie: ab inde vero est papalis excōmunicatio : per c.quicunq̄ de sen. excō.li.vj. ¶ De his qui iudicāt s̄m statuta edita in fauorē vsurariorum: ꝛ qui habent super hoc potestatē: nisi statuta ipsa deleuerint. aut si ea ꝑmisserint obseruari ex̄ de vsuris.c. Ex graui in clemētinis. Vn̄ illi qui faciūt capitula cū iudeis:vt domini in communitates ꝛ cōtinentia q̄ possint fenerari:ꝛ q̄ non possint repeti in iudicio vsure extorte ab eis ꝛ huiusmodi videntur incidere in hāc excōicationem: ꝛ domini qui ea faciunt ꝛ etiā ees qui ꝯsulūt:in cle.c.ex gra

ni. de vsuris. ¶ De his qui cõ
cedunt represalias cõtra psõ
nas ecclesiasticas specialiter
aut generaliter: est epalis ex-
cõmunicatio per. c. Et si pi-
gnorationes: de in iuris & dã.
da. li. vj. ¶ De rectorib⁹ secu-
laribus: vel quibuscũq; offici
alibus eoꝝ: qui cognoscerent
de crimie heresis: aut captos
liberarẽt: vel diocesanoꝝ vel
inquisitoꝝ officiũ impedirẽt:
est epalis per. c. Vt inqsitio-
nis: de here. li. vj. ¶ De his q
sciẽter ꝯhunt matrimonia in
casibus nõ cõcessis & ꝓhibi-
tis ꝯsanguinitatis & affinita
tis: & de ꝯhentibus cũ moni-
alibus: est epalis: vt in cle. c.
eos de ꝯsan. & affi. ¶ De do-
minis tẽporalib⁹ qui subditis
interdicũt: ne prelatis vel psõ
nis ecclesiasticis quicquã vẽ
dant. vel emant ab eis: bladũ
molant: panẽ coquãt: & hmõi
obsequia exhibere ꝑsumant:
est epalis excõicatio: per ca.
eos de imu. eccle. li. vj. ¶ De
his qui impediũt quin coraz
iudicib⁹ ecclesiasticis vel lega
tis: vel ordinarijs: in causis q̃
ad eos pertinẽt. illi qui ꝯque
runtur: iustitiã possint obtine
re: excõicatio est epalis per. c.
quoniaz de immũ. eccle. li. vj.
¶ De his qui cõpellunt im-
petratores litterarũ apostoli-
caꝝ: vel alios recurrentes ad
foꝝ ecclesiasticum in causis:
que de iure: vel antiqua ꝯsue
tudine ad ipsum ꝑtinent: vel
ad desistendũ vel litigãdũ de
eis in foro suo seculari: grauã
do iudices ecclesiasticos: vel
impetrãtes seu litigantes: seu
volentes corã eis litigarẽ: vel
grauãdo ꝓpinquos eoꝝ: vel
capiẽtes res vel ecclesias ta-
lium: vel quocũq; alió modo
vt in dicto. c. qm̃ est epalis &
similiter de dantib⁹ ꝯsiliũ &
fauorẽ: & auxiliũ ad oia predi
cta in duob⁹ paraphis ꝑcedẽ
tibus. ¶ De his qui prelatos
capitula: seu alias psonas ec
clesiasticas cõpellunt ad sub
mittẽdũ laicis: vel ad alienã-
dum bona imobilia seu iura
ecclesiaꝝ: & similiter laici qui
vsurpant sibi illicite hmõi: et
si nõ distiterint postq̃ fuerit
admoniti: est epalis excõmu
nicatio per. c. hoc ꝯsultissimo
de re. eccl. nõ alie. li. vj. ¶ De
his qui fingũt fraudulẽter ali
quem casum per quẽ aliquis
iudex mittat ad aliquã mulie
rẽ pro testimonio: est excõica

tio epalis per.c. mulieres de iudi.li.vi.¶De his qui vocātur ad dirigendas moniales in electionib⁹:nisi abstineant ab his per que possit discordia nutriri:est excōicatio epalis:per.c.indēnatibus de elec.li.vj.¶De his qui grauāt clericos vel alias psonas ecclesiasticas ad q̄s spectat aliqua electio;p eo q̄ rogati seu alias inducti: eū pro quo rogabant seu inducebāt noluerūt eligere:vel ɔsanguineos eoꝝ aut ipas ecclesias seu loca beneficijs seu alijs bonis spoliando: seu alias iniuste persequēdo.c.sciāt:de elec.in.vj.et est epalis excommunicatio. ¶De his qui loquūtur secrete:vel mittunt scripturas vel nuncium alicui cardinali q̄ sunt reclusi occasione electionis pape:est epalis excōicato per. c.vbi periculum eꝝ de ele.li.vj.¶De dominis ꝛ rectorib⁹ ꝛ officialibus:qui imminente dicta electione nō seruant ipsaꝫ ɔstitutionē:per.c. vbi periculum.¶De his qui procurāt q̄ ɔseruatores daticis itromittāt de his que nō licent.a.de alijs ꝙ de manifestis iniurijs ꝛ violētijs: est excōmunicatio epalis:per.c.sta tuim⁹ de offi.dele.li.vj.¶De dominis:rectorib⁹ad regimē vrbis rome ꝛ electis et fautorib⁹: qui fecerit ɔtra cōstitutionē sup hoc factā:est epalis excōicatio per.c.fundamēta:de elec.li.vj.¶De electis magistris:doctorib⁹:vel scolaribus tractantib⁹cū aliquo ciue Bononiēsi de ɔducēdo hospitiū irrequisitis inqlinis nisi tēpus cōdutionis fuerit elapsuꝫ:est epalis excōicatio: per.c.ex rescripto:eꝫ de locato.¶De doctorib⁹ seu magistris qui sciēter illos religiosos qui dimiserūt habitū docent litteras.s.legē vel physicaꝫ est excōicatio epalis: per c.vt periculosa.ne.cle.vł mo. li.vj.¶De dominis vł rectoribus tēporalibus qui nō fecerint obseruari ea que statuūtur ɔtra i secutores cardinalium seu alicui⁹de familia eorum vel pape : est excōicatio epalis per.c.felicis:de pe.lib. vj.¶De his qui ipediunt visitatores monialiū vel canonicoꝝ:si moniti nō desistant est epalis excōicatio per cle. attēdētes de statu mo.¶De impugnātibus litteras pape

ante in coronationem eius:et est bn̄dicti pape.xi.¶De qui busdā mulieribus que beghine dicūtur et de religiosis sanctib⁹ eis in illo statu: et erāt iste certū habitū assumentes nulli obedientiā p̄mittentes nec renūciātes p̄prijs nec regulaȝ habētes:licet quibusdā religiosis spiritualiter inhererant:de her.c.ad nostrū in cle.

Nec intelliguntur sub hoc noīe ille que etiā beghine vel vestite dicūtur de penitentia beati Dn̄ici: vt patet in d̄clarat̄ione.Jo.xxij.et idē dicitur de tertio ordine beati Frācisci:immo ex illa cle.videnť dici beghine: ille excōicate que habent illos errores ibi positos:qui cū sapiant heresiȝ est hodie forte casus papalis et ē cōtra tales beghinas.¶De his qui absoluti ab excōicatione in articulo mortis:vel p̄pter aliud impedimētū nō represēntant se q̄z citi⁹ cōmode possunt ei a quo ōbeāt absolui:q2 reincidunt in eandē:de sen.excō.li.vj.c.eos qui a sententia.¶De participātibus cuȝ excōicato in crimine.p̄p qd̄ est excōicatus:dādo ei cōsilium et fauorē.c.si cōcubine extra de sen.excō.¶De his qui absoluūtur a sede apostolica vel legatis et iniungiť eis q̄ se rep̄sentēt ordinarijs vel alijs suscepturi p̄niam et passis iniuriaȝ seu alias obligati eis qbus sciēter satisfaciāt: si hoc nō faciūt cū p̄imū commode potuerūt:vel nō curauerint adimplere reicidūt in eādē sniaȝ: vt pȝ in di.c.eos.¶De his qui ɔtumaciter asserunt romanā ecclesiam nō esse caput oiuȝ ecclesiarū nec ei tanq̄ capiti esse obediēduȝ di.xix.c.nulli fas.¶De his q sepeliunt corpora in cimiterijs tp̄e iterdicti in casib⁹ nō concessis in iure.in cle.c.eos de sepul.¶De his qui excōicatos publice:aut nominatiȝ iterdictos.vel vsurarios māifestos sciēter sepelliūt i cimiterijs i ō sep̄ľ.dicta cle.c.i.eos g.¶De clericis q manifestis vsurarijs ad exercēdū fenus domos locant.vel alio titulo ɔcedūt:est excōicatio.ep̄alis: p.c.vsuraȝ de vsu.li.vj.¶De eo qui nō est elect⁹a duabus partib⁹ cardinaliuȝ et se gerit pro papa.c.lȝ ex̄ de cle.¶De monachis et canonicis regularibus:archidiaconis:deca-

nis:prepositis:plebanis:cantoribus et alijs clericis psonatum habentibus:aut etiã quibuscũq3 psbyteris qui audiunt leges vel phisicã:est epalis excõicatio:per.c.non magnopere extra ne.cle.vel mo. ¶ De religiosis qui temerarie vbicũq3 habitũ sue religionis dimittũt: excõicario est epalis:per.c.vt periculosa:ne cle.vel mo.li.vj. ¶ De religiosis qui accedũt ad studia nisi a suo prelato cũ 9silio maioris partis 9uẽtus licẽtia sibi sit 9cessa.in di.c.vt periculosa li. vj. ¶ De religiosis qui decimas debitas ecclesijs sibi appropriãt vel vsurpant:sine qui nõ permittũt solui ecclesijs decimas de aialibus familiarium:et pastoꝝ suoꝝ:vel alioꝝ immiscentiũ ipa aialia gregibus coꝝ:tales si nõ hñt administratiões et beneficia sunt excõicati:si hñt sunt suspẽsi nisi requisiti destiterint infra mensem.in cle.c.religiosi: de.deci. Et est epalis excõicatio. ¶ De monachis et canonicis regularibus nõ habẽtibus aliquã administrationẽ: qui se 9ferũt ad curias principuz sine licẽtia suoꝝ prelatoꝝ:vt dãnũ aliqd inferãt suis platis aut monasterijs: et qui sine licẽtia arma tenẽt infra septa monasterij:est epalis excõicatio per cle.c. ne in agro de sta.mo. ¶ De religiosis et monialibus pfessis et cle.i sacr. ordinibus 9stitutis:qui 9hunt matrimoniũ:de facto ẽ excõicatio epalis:cle.c.eos de 9san. et affi. ¶ De inquisitoribus heretico3 qui ptextu officij inquisitionis quibusuis modis illicite pecuniã extorquẽt. vel sciẽter bona ecclesiaꝝ ob delicta clericoꝝ fisco ecclesie applicant:nec põt absolui nisi quibus extorserint plene satisfacerint de pecũia sic extorta ẽ episcopalis excommunicatio in cle.cap.nolentes de here. ¶ De religiosis qui non seruant interdictum quod fuat matrix ecclesia siue catedralis:vt in cle.c. ex frequẽtibus de sen.excom. ¶ De religiosis qui 9fitentibus sibi nõ faciũt 9scientiã sciẽter de decimis soluẽdis:tales ab officio predicationis sunt suspẽsi:donec commode possint: faciãt eis 9scientiã:et si interim predicãt:sunt excommunicati epali excõmunicatiõe:et similiter

de religiosis qui dicunt aliqua verba vt retrahāt audiētes a solutione decimarū: est epalis excōicatio:per cle.c.cupientes de penis.¶De religiosis mēdicantibus qui domos ad habitādum vel loca de nouo recipiūt aut de nouo recepta mutāt:vel alienāt c.i.de exces.pla. lib.vj. De fratrib⁹ minoribus qui tēpore interdicti: recipiūt ad diuina.fratres vel sorores de tertio ordine sancti Frācisci:est episcopalis excōicatio.c.cum ex eo:de sen.excō.i cle.¶Jngredientes monasteria monialiu₃ ordinis predicato₄ ex̄ casus necessarios qui declarāt in ↄstitutionib⁹ suis:puta ad dandū sacramēta īfirmis:ad medendū eis.ad reparandu₃ edificia:⁊ hm̄oi:nō habita licentia a papa vel a magistro ordinis:sūt excōicati: nec possunt absolui nisi a papa vel a magistro ordinis vel ab alio cui fuerit ↄcessa talis absolutio:vt patet in bulla ipsi⁹ ordinis:cuius bulle trāsumptum vidi ego.¶ Jngredientes monasteria monialiū ordinis minor ex̄ casus necessarios cōcessos in ↄstitutionib⁹ suis sine licentia pape vel ministri ordinis:excōicationē diocesnis reseruatā incurrunt .put audiui a quibusdā fide dignis.

¶ Nota ꝙ ab excōicationibus que fiūt ab hoīe siue a iudice: regulariter nō pōt quis absolui nisi a suo excōicatore vel ab hn̄te plenariā iurisdictionem sup eum a supiori suo: nisi in articulo mortis.¶Jtē nota ꝙ fratres p̄dicatores et volētes igredi eo₄ religionē: pīnt absolui a platis ipsius ordinis: a sentētijs excōicationis: suspēsionis ⁊ iterdicti latis ab hoie vel a iure:saltē ab illis quo₄ absolutio reseruat epo.¶De materia oium supradictarū excōicationū tam pōtifici summo ꝙ̄ epis vniuscuiusq₃ diocesis reseruata₄: tam a iure ꝙ̄ per extrauagātes ⁊ pcessus curie:vide pleni⁹ ⁊ clari⁹ ac diffusius si vis videre in titulo.xxv. de cēsuris ecclesiasticis in tertia pte summe: siue cōpilate per me fratre₃ Antoninū archiepm florētinu₃.Et sic est finis omnium casuū ta₃ summo pontifici ꝙ̄ epis reseruatorum.

¶Jte₃ notandu₃ ꝙ sunt due species excōicationis.s.maio

ris z minoris: Excõmunica tio maior sp est peccatū mortale:z talis primo est separatus a deo ideo nō pōt cõicare pro aliqua vtilitate aie sue Secūdo est separat9 a sancta ecclesia.i.a cõione z pticipatione fideliū exceptis his casibus qui.s.in.iij.parte summe ti.xxv.specificati sūt. Et sunt quinqz in qbus ipse excõicatus nō pt participare qui ɔtinent in hoc versu. Pro de lictis anathema qs efficiat.

O s orare vale communio mensa negat. Qui sic intelligunt. O s.i.locutio. O rare.i. oratio cū aliis in ecclesia. Cõmunio.i.cõmunicatio sacramētor. Vale.i.salutatio. Mēsa.i.cibus z potus. ¶ Excõicatio vero minor:aliqñdo ē mortale peccatū aliqñ veniale. Sed anteqz dicatur qñ sit mortale vel veniale: nota primo qz nouē modis homo pōt incurrere excõicationē minorem. Primo qñ quis participat cū excõicato excõicatione maiori aliquo illor modorū superius dictor. Secundo qñ quis cōmittit sacrilegiū:sicut qui furat in ecclesia:vel in ea illicituz qd facit. Tertio qñ qs est publicus cõcubinarius vel fornicator. Quarto qñ quis acceptat aliquā ecclesiā a laico z illaz sic tenet vt.xvj.q.vij.c. Sigs deinceps. Quinto qñ quis est simoniacus qui est ēt excõicatus excõicatione maiori. Sexto fm quosdā cuz in bello iniusto ɔtra christianos exercet qs artē balistarū aut sagittar. Septio oppssores inopū:z paupez:publici pdones: publici vsurarii:meretrices:q oēs largo mō loqndo pūt dici excõicati pro quāto taliū oblatiões nō debēt admitti ad altare sanctum dñi.

O ctauo illor quib9 denegatur ecclesiastica sepultura: sicut sunt illi qui moriunt in torneamētis:qui dato qz penitētes moriant nō ponūtur in cimiterio: Similiter ēt dicitur de illis qui nō cõicant semel in ãno sine necessitate z cā:vt.c.ois.d9pe.z re. Nono oēs publici pctōres. O ēs autē casus supradictos ponit Inno. Ray.z hosti.z in qlibet predictor casuū pt absol uere simpler sacerdos epūs preter qz forte in simonia z excõicatione maiori. In pri

mo ergo casu.s.in participati one cū excōicatis maiori ex- cōicatione pōt homo peccare mortaliter ꝛ venialiter. Mor taliter tripliciter. Prio qñ pticipat in eodē crimine p- pter qḋ ipe ē excōicatus: dā- do cōsiliū: auxiliū ꝛ fauore ra tione cui⁹ peccatū cōmittit.

Secūdo qñ pticipat cū ex- cōicato in aliquo alio crimie mortali ab illo pp qḋ ipse est excōicatus: Sȝ in primo casu nō. qꝫ participās cum excōi- cato in eodē crimie: vt dictū est: icurrit excōicationē maio rē. sed in secūdo mō cadit tā- tū i minorē excōicationē ēt si mortaliter peccat. Tertio qñ cōmūicaret cuȝ excōicato maiori excōicatione in sacra mētis: puta accipere corpus xpi cuȝ eo vł sacros ordines: incurrit excōicationē mino- rem. peccat tñ mortaliter. In alijs āt casib⁹ supradictis: nō peccat gs pticipādo cū excōi catis. nisi pro quanto aliquis in cōtēptu pcepti: ꝛ phibitio nis facte audacter cū excōica to ꝛ ad libitū conuersaret aut i salutādo vel i comedēdo: aut in loquendo sine necessitate: aut i orādo vel cōicādo. Sȝ nota qꝫ sacerdos recipiēs ali quē excōicatuȝ maiori excōi- catiōe ad officiuȝ ecclesie: aut ad sacra: aut ad ecclesiasticaȝ sepulturā nō solū mortaliter peccat: sȝ subito est suspensus ab administratiōe ꝛ sibi est i terdictus itroitus eccłe quo- usqȝ sit absolutus: ꝛ efficitur qsi irregularis. Et si taliter interdictus moriat nō debet poni in cimiterio: nec debet pp timorē sacerdos desistere qn talē excōicatū expellat de ecclesia: qa nō excusat: rōe ti- moris: nisi talis esset timor q posset cadere in cōstantē viȝ tūc. n. ꝫm quosdam excusatur ab iterdicto. Host. aūt di- cit qꝫ beatus erit talis sacer- dos si se pparet ad martyri- um. Nota igit̄ qūo habuisti qꝫ in nouē casib⁹ homo cadit in excōmunicationē minoreȝ rōne cuius separatus est ab effectu sacramētorū ꝛ quātuȝ ad deū. Nā peccatū morta le animā separat a deo: ꝛ ex- cōicatus qūocunqȝ: est in pec cato mortali: preterqꝫ pticipā do cū excōicato maiori excō municatione in loquēdo salu tādo: ꝛ orādo cōicando: ꝛ co- medendo: in quibus casibus

fm Tho. in.iiij. disti.xviij.q.ij.ar.iiij.hō nō peccat mortaliter nisi pp cōtemptum dato q excōicationē incurrat:iō qui est i peccato mortali quōcunqz aliter est excōicatus:et quātū ad ecclesiā est separatus ab effectu.i.a gratia et sacramētis:qr nullus qui est in peccato mortali:cuz sit in dispositus pōt ꝯsequi gratiam spiritus sancti. Potest tamē itrare ecclesiā stare in officio diuino:et etiā cū alijs in alijs pticipare.sz nō pōt pacē in ecclesia recipere:cū par ipsa sit loco cōionis sed hec oia plenius habenf i decretis:et decretalib⁹:et i sūmis:iō cū expeditvidere qre diligēti⁹ i ipis.

¶ Postq̄ ille qui vult cōfiteri dixit ex se ea que voluit de peccatis suis:si nō dixit sufficiēter:qd quasi sp accidit:interrogandus est plene de his que nō dixit put videbit fore expediēs. Si vero modicū vel minus dixit:potes interrogare fm ordinē infra positū:videlicet primo de decē pceptis:postea de vicijs capitalib⁹:nō āt oēs de omnib⁹: sed de illis que solēt in talib⁹ reperiri:et nō solū d istis peccatis interrogādi sunt: sed et d oib⁹ circūstātijs peccator put supra satis ostēsum est. Nō tn̄ ē necesse d q̄libet peccato mortali oēs circūstātias pdictas ꝯfiteri sz solū illas:q trahūt peccatū i aliā speciē q s.hēt specialē deformitatē oppositā alicui preceptor. Sed et de numero peccatorū mortaliū.s.quotiēs mortale peccatum cōmissum est in quali bet peccatorum specie:diligēter interrogandum est.

¶ Incipit prima pars d modo interrogādi penitētes a confessore secundum decem precepta legis.

¶ Primum preceptum continet tria captula.

¶ Vnū cole deuz.Circa hoc primū preceptū sic potes interrogare:et primo de votis.

¶ De votis primū capitulū.

n Ota secūdum magistrū sniarū in.iiij.di.xvij.q.votū ē testificatio q̄daz pmissiōis spōtanee q̄ fit deo: et d his q̄ dei sūt:et fieri dz. Vel breui⁹ fz Tho. fa fe. q.lxxxviij.ar.j. Votū ē pmissio deo fcā de aliq̄ qd sit deo acceptū ad qd redeūt tria. s. deliberatio volūtatis:

propositum: ⁊ promissio. Vl
timuz oriť ex scđo: fm ex pri-
mo. ¶ Si trāsgressus est seu
omisit implere aliqđ votū li
citū: ⁊ si aduertēter cū posset
est semper mortale: ⁊ totiens
quotiens frāgit. Secus si ex
obliuione: vel q͞z nō poterat:
vt ifirmus ieiunare ⁊ hmōi.
¶ Si vouit se aliqd mali fa-
ctuꝝ vt vindictā: vel maioris
boni impeditiuū: vt nō ingre
di religionē: hoc est mortale:
⁊ sine aliqua dispēsatione dꝫ
illud infringere. ¶ Si nimis
tardauit iplere ꝓpter quod a
memoria excidit oino: vel ve
nit ad statū nō valendi iple-
re. cū prius potuisset: mortale
videť. Idē qñ dimisit ꝓposi-
tuꝫ implendi cū tñ posset: ali-
as mora implendi votuꝫ qñ
sibi nō ꝑstrit tp̄us non videť
mortale: nisi mora eēt valde
nimia: ⁊ nisi ex hoc ei imine-
ret periculū nō valendi iple-
re: vt de voto ingrediēdi reli
gionē: cuꝫ tñ nō haberet cau
sam legitimā. cogentē dilati-
onis: tūc ēt est mortale. ¶ Si
fecit votum de re licita: vt de
elemosina: ieiunio ⁊ hmōi: sꝫ
ob maluꝫ finē: puta vt possit
facere vindictā: adulterium ⁊
huiusmodi: mortale pctm̄ est
nec teneť illud implere. ¶ Si
fecit votuꝫ abstinētie ⁊ hmōi
⁊ dubitat vtrū possit implere
vel nō: ⁊ sine dispēsatione vel
cōmutatione supioris cū pos
sit faciliter recurrere ad cuꝫ:
vel ad ꝯfessorē suū pro ꝯsilio
frangit: mortale videť. ¶ No
ta tñ ꝙ viri pñt irritare vota
vxoꝝ. s. abstinētie: peregrinati
onis: elemosine: ⁊ accessus ad
talem locū: ⁊ maxime votuꝫ
elemosinaꝝ si nō hñt nisi do
teꝫ: absqꝫ alia superioꝝ dispē
satione: ⁊ si fiat talis irritatio
etiaꝫ sine cā rōnabili a viro:
ainmodo nō teneť vxor iple-
re talia vota. ¶ Dubiū est de
voto hierosolimitano: q͞z hoc
in fauorē fidei emittiť. De
irritatione votorū impuberū
⁊ filiorū familias ⁊ religiosoꝝ
vide in scđa parte summe ti.
xi. c. ij. §. vj. ¶ Si habēs votū
castitatis vel religionē intrā
di: ⁊ matrimoniū ꝯxit: morta
le est ⁊ nō pōt ꝯsumare illud
absqꝫ mortali pctō: q͞z adhuc
pōt illud iplere. ⁊ dēt ante cō
sumationē mrīmonij. Post
ꝯsumationē vero reddere te
netur debituꝫ ēt interꝑtatiue
petenti. Sed exigēdo sp pec-

eat mortaliter. Unde consulen dum esset ei petere super hoc dispensationē a papa sed sm Guil. posset etiā epus dispēsare nisi esset talis ptinens τ obseruās ipm. ¶ Si fecit votum stultū τ irrationabile: vt ieiunare in dñica die: vel nō pectinare caput vel lauare in sabbō: τ hmōi mortale nō ē: sz phibendus est illud iplere.

¶ De transgressione voti.

¶ Et nota q̄ a trāsgressione votoꝝ pōt de iure communi τ psuetudine. pfessor absoluere q̄z nō est de casib⁹ reseruatis. Sed de dispēsatione τ commutatione votoꝝ: nō pt se intromittere sine spāli cōmissione diocesanoꝝ: vel alterius qui possit illā dare. Episcopi aūt in oībus pnt cōmutare vel dispensare nisi in voto castitatis vel religionis τ trib⁹ votis peregrinatiōis. s. hierosolymitani: ad sanctū Jacobum: τ ad limina aplorꝝ. i. Romā: in quib⁹ votis. papa vel summ⁹ pniarius soli dispensant: vel commutant. ¶ De votis habes in secūda parte. summe. ti. xi. per totum ibi vide.

¶ De superstitionibus. c. ij.

Si fecit ip̄e vel fieri fecit aliqd̄ maleficiuz: seu iuxta vulgare malias. i. facturas in qbus semp fiūt occulte vel manifeste demonū inuocationes: qd̄ semp ē mortale τ dignū morte corporali. ij. p. sūme. t. xij. c. i. §. xij.

¶ De incantationibus.

¶ Si fecit vel fieri fec̄ vel pcurauit aliquā incantationez cū sacramētis vel sacramentalib⁹ ecclesie: vt aqua baptismali: vel oleo sancto τ hmōi ob sanitatē vel aliā causam: ē mortale τ grauissimū. in. ij. p. summe. ti. xij. c. i. §. fi. in fine.

¶ De adoratione creaturarꝫ.

¶ Si adorauit aliquā creaturam faciēdo orationē ad eā: vt ad lunā: solē: τ stellas cum primo apparēt τ huiusmodi est mortale peccatum.

¶ De diuinationibus.

¶ Si fecit vel fieri fec̄ aliquā diuinationē ad inueniendū furta: vel ad sciendū occulta: vel futurum qd̄ sibi ptingere potest: est mortale.

¶ De arte notoria.

¶ Si didicit artē notoriam: vel vsus est ad sciēdū aliqua vel si vsus est arte nigromātica: mortale est: τ si hēt librū

in ducendus est: vt eum com burat: alias nō est absoluendus: sicut est liber Almades Scriforas et alij libri cōburēdi sunt qz mortale est vti eis vide in.ij.p.sūme.t.xij.c.j.§.x.

¶ De constellationibus.

¶ Si ex cōstellationibus vel planetis sub quibus natus est aliqd indicauit determinate de cōuersatione eius. Idez si ex phisonomia. Credere.n.hominē ex fato: vel cōstellatione vel cōplexione cogi ad bonū vel ad malum: est hereticuz.

¶ De sortibus.

¶ Si vsus est sortibus diuinatorijs qđ est mortale: ex leuitate autē veniale. Si dedit aliqd turpe vxor viro ad comedēdū vel alteri: vt amaret eaz vel fecit: vel dixit aliquid turpe ad huiusmodi ē mortale. Et interrogandū est qđ fuit illud.

¶ De incātationibus.

¶ Si fecit vel fieri fecit aliquā incantationē ob sanitatē ꝯsequendaz: et qñ hoc fit sciendo esse ꝓhibitū: est mortale cōiter. Qñ vero ex simplicitate fieret putādo esse bonas orationes: dicitur veniale. Sz si nollet in futuz abstinere: negāda est ei absolutio: qz ex obstinatione et malicia videtur esse mortale: et interrogandū est de verbis quibus vtunt et de obseruantijs q̄s addūt.

¶ De breuibus.

¶ Si fecit vel fieri fecit vel vsus est breuibus: que cōiter sunt supstitiosa ex verbis: vel carta in qua fuīt: vel mō iponendi: vel portādi: vel tpe scribendi: et inuēta supstitione earum: imponendū est q̄ cōburāt et si nollent: nō sunt absoluendi: qz tūc est mortale. Si vero putabāt talia esse licita tāq̄ orationes veniale videt.

¶ De obseruationibus tēporum.

¶ Si obfuauit vnā diē magis q̄ aliam: in nō incipiēdo aliqd tanq̄ malum: vt dies egyptiaticos: vel diez in quo occurrit decapitatio scti Ioā. baptiste: vel diē assensiōis in colligēdis herbis et huiusmodi: veniale videt qñ ex simplicitate hoc fit: siue scribēdo aliqua vel portādo ad suspēdendum in aliquo loco. Si vero hoc crederet anio obstinato: tūc mortale eēt talia obfuaē.

¶ De somnijs.

¶ Si obseruauit somnia faciēs aliquas orationes et obseruationes et postea ex his q̄

somniat volēdo de futuris ꝛ occultis iudicare: ꝛ ꝑnuncia re.mortale est alias autē sine obseruatione adiūcta:nimis adhibere fidē somnijs:pctm̄ est ꝛ si et se nō sit mortale.tñ periculosum est:q2 sic dyabo lus multos decipit.❡ Si ex effusione olei de lucerna vel eratitatione aliquaꝝ auiū:vel vlulatu canū:vel magnitudine ꝛ ꝯtinuitate ventoꝝ:ꝛ hu iusmodi existimauit aliquid mali euentuꝝ qḋ fatuum est. ❡ Si existimauit mulieres ꝯuerti in gattas: vel alia aia lia:ꝛ ire de nocte ꝛ sugerē san guinē pueroꝝ ꝛ hmōi:qḋ est impossibile:nisi deo:ꝛ iō fatu um ē credere.❡ De hac ma teria.s.diuinationū:incantati onum ꝛ omniu3 superstitio- num vide luce clarius in de- cre.xxvi.c.i.per totum.

❡De blasphemia multiplici dei ꝛ sanctorum.c.iij.

Si blasphemauit deū videlicet dicendo eū nō esse iustū ꝛ oia in iuste disponere:ꝛ eē accepta torē personaꝝ: vel nō videre que fiūt vel nō curare de ac- tibus hominū: vel ꝑditores: vel sine merito. punire ꝛ fla- gellare eu3:vel nō posse istud vel illud facere:ꝛ hmōi:qōli- bet hoꝝ est mortale:cū aduer tit:qḋ dicit ꝛ intelligit.❡ Si blasphemauit deū vel aliquē sanctum:que ꝓprie dicit̄ ma ledictio:vt maledictus sit.ꝛc̄. vt fit ex ira : sp est mortale:si aduertit ipsa verba.

❡Scḋ3 pceptū de iuramētis ꝛ piurijs.ꝛ hēt.c. duo. Ca.i.

Et iures vana per ip3

Primo de piurio:si iurauit i aliqua curia corā iudice mēdaciose:morta le est ꝗūcūq3 alias haberet insta3 cām. Et qui inducit ad hoc aduertenter: vt iudex:ad uocat⁹:ꝓcurator: ꝛ huiusmo di:mortaliter peccat.❡Si iu rauit etiā ex iudicium in cōi s̄mone quacūq3 ex cā vel le- uitate:vel vtilitate: vel iocosi tate:vel qualicūq3 mō.nō so- lum ad sancta dei euāgelia:ꝛ per corpus christi ꝛ sanctoꝝ: sed ēt per fidē:per deū: si de- us me adiuuet:per virginem Mariā:per crucē:per animā sua3:ꝛ huiusmodi:hoc semꝑ est mortale qñ aduertit se iu rare : ꝛ falsum dicere:ꝛ toti- ens quotiens sic iurando ad uertit.❡Si iurauit aliqḋ pro

certo: de quo dubitat vtrum sic sit:mortale est:ꝑcipue iu rando in iudicio.¶ Si iurauit ꝑpetrare aliqd qd ē mortale:vt facere vindictā: nō dimittere ꝯcubinā: seruare iniusta statuta:tenere secretam iniquā ꝯiurationē:mortaliter peccauit : nec debet illud seruare.¶ Si iurauit tenere secretū aliqd qd est tractatū in consilio:vel aliud qd nulli est nociuū:si aduertenter manifestat:peccat mortaliter ipse ꝛ qui stimulat eū ad manifestandū: sciens illud esse secretū.¶Si iurauit ꝯuare statuta alicui⁹ ciuitatis:vel vniuersitatis: aliquid sciēter ex illis statutis trāsgrediēdo:peccat mortaliter.Si tñ aliqd statutum est abrogatū per ꝯriā cōsuetudinē:q2 quotidie p oēs fit ꝯrium ꝛ diu: nō videt̃ periurus:si nō seruat illud:eo ꝙ nō habet vi statuti. di.iiij.§. leges.¶Si iurauit p aliquē modū opprobriosum per dei mēbra:vel sanctoꝝ: vt faciūt ribaldi : mortaliter peccauit: q2 blasphemia reputat̃. xxij. q.j.c.siquis per capillū.¶Si promisit se aliqd factuꝝ licitum:si nō intēdebat obseruare:mortaliter peccauit.Si aūt tem intēdebat obseruare:sed veniēte termino quo ꝺꝫ ipse re nō seruat,ꝓmissum:cuꝫ tñ posset:licet cum icomoditate sua:peccauit mortaliter : nisi ille cui ꝓmisit: ante terminū relaxet iuramentū:qd facere pōt si ꝓmissum:in illi⁹ vtilitatem tñ cedat. Nam si in vtilitatē alioꝝ:vel in honorē dei ꝛ sanctoꝝ:nō pōt ille relaxare:sꝫ ad epm vel papā ptinet relaxatio vel. cōmutatio. Si autē nō pōt implere:excusat̃ a peccato pro tūc:cū nō pōt. ¶Si quis ēt ꝓmittat cū iuramēto se aliquid factuꝝ qd nō est alicuius iportantie bo ni vel mali:vt mater de verberādo filiū. vel de bibendo: vel nō ꝛ huiusmodi vī venia le.iuratio ꝛ piuratio.¶Si iurauit sine cā rōnabili pro qui buscūq; minimis: dicēdo ēt veritatē:veniale est:nisi faceret in ꝯtemptū: ꝛ inducēdus est vt abstineat:ꝓpter periculum periurij.¶Si induxit aliquem ad iurandū:quē omnino credebat falsū iuratuꝝ mortaliter peccauit.nisi esset iudex hoc faciens ex officio suo:ſm iuris ordinem.

¶ De adiuratione .c. ij.

d E adiuratiōe: que est inducere aliquem ad aliqd faciendū: ob inuocationez alicuius rei sacre vel diuini nois. Et si est per modū coactiōis intēdēs euz obligare per modū iuramēti ad aliqd faciendū: vt ad supiores τ alios in quib⁹ nō hēt potestatē: est mortale. sicut adiuratio Caiphe ɔtra dñz. Ad sibi subditos vero ē licita: co casu quo liceret eis pcipere. aliter nō τ tūc adiuratus tenet illud facere: vel dicere: alias eēt mortale: sicut trāsgressio precepti. ¶ Si adiurauit prelatos: vel socios: vel iferiores per moduz depcationis: intēdens inducere adiuratū per reuerētiā diuini nois vel alicuius rei sacre ad aliqd boni faciendū: nō est maluz: vel vēiale. Si leuiter fit: τ sine cā τ adiurat⁹ nō faciēs illud: nō peccat Tho. sa se. q. xc. ad primū. ¶ Si adiurauit demōes per modū precis: vel ad sciendū aliqd ab eis vel aliqd obtinēdū auxilij: est mortale: nisi qs faceret ex familiari ɔsilio spūs sancti: vel nisi ex quadā simplicitate: querēs ab obsessis a dyabolo. Sz per modum coactionis: licet eos adiurare ne nobis noceāt. ¶ Si adiurauit creaturas irratiōales ne dyabolus eis vtatur in nostrū nocumentuz: licet. Si autē fit vt demō operetur in eis: mortale est: vt incātatiōes serpentiū. ¶ Si in cantilenis τ turpib⁹ fabulis miscuit deū τ sanctos: τ in narrationib⁹ turpib⁹ τ amatorijs: est mortale. alias veniale nisi faceret in contemptum dei.

¶ Tertiuz preceptū de obseruatione festorū continet duo capitula primum .c.

f Abbata sctifices. Mz quantū ad determinationem diez: istud preceptū est de iure positiuo. ideo hic annectere pōt de ieiunijs ecclesie: τ de auditiōe misse. ¶ Primo ergo si fecit aliqd manuale opus diebus dñicis τ alijs festis preceptis ab ecclesia ex͂ casuz necessitatis: qz mortaliter peccant: si per notabile spatiū. Secus si fueret aliqua pūcta. ¶ Si vero ex necessitate: videlz qz hostes expectant: vel veniūt inūdationes aquarū: τ hmōi: tūc liceret remouere blada τ su-

pellectilia ꝛ huiusmodi Ray. ꝛ debent obseruari de vespere ad vesperā.i.de sero ad serum: de ↄse.di.iij.c. ꝑnūciandum. Hic requiritur magna prudētia in ↄsulēdo. ¶ Si vēdidit vel emit dieb⁹ festiuis nisi comestibilia de die in diez: vt panē: vinū caseum: carnes ꝛ hmōi mortaliter peccauit: si per modū negociationis: nisi in cāu magne necessitatis. In nūdinis tn̄ exquo prelati ecclesiaꝝ tolerant: si nō dimittunt audire missaz ſꝫ Pe. de pal. videt̄ posse excusari: qui mercātur in dieb⁹ festiuis.s.a peccato mortali. ¶ Si fieri fec̄ aliquod ꝑdictoꝝ a suis filijs: discipulis: suis: laboratorib⁹ sine necessitate: peccat mortaliter mandans ꝛ exequēs. ¶ Si tn̄ mandās seu magister: vel patronus nō hēt necessitatē ipe sed discipulus ei⁹: vel seruus: vel rusticus hēt necessitatem: ita q̄ aliter non posset viuere: vel q: si discipulus nō obedit aliqn̄ magro in hmōi diebus vendēdo: vel faciēdo aliquod exercitiū ei⁹ artis pro quo tpe nec iste nec alius de illa arte vult ↄducere euz secū: ꝛ aliud exercitiū nescit facere. videtur ipse excusari. Nā si in obsequium ecclesiaꝝ pauperculaꝝ aliquādo licet aliqd laborare dieb⁹ festiuis ſm doctores: quāto magis licet pro sustētatiōe vite ei⁹ in necessitate. Tutius tn̄ esset eligere aliquā artez si posset. Similiter de scriptorib⁹ pro ꝑcio ꝛ ↄficientibus instrumēta tpaliū ꝛ indicātibus ꝛ faciētib⁹ longas dietas nō cā cupiditatis: ſꝫ necessitatis q: nō bene aliter pōt fieri Barbitonsorib⁹: chirugicis: ꝛ huiusmodi: medicinalia autē semꝑ licet facere ꝛ medicari: ꝛ talia vēdere Papa Eugenius dispēsauit cū barbitosoribus vt laborare possint per duas horas noctes in vigilijs magnoꝝ festoꝝ.ij.parte sūme ti.ix.c.vij.§.iiij.in fine. ¶ Si ꝑ totum diē festum vacauit ludis: venationibus: aucupijs: choreis: ꝛ alijs vanitatib⁹ mūdi. Frequēter.n. in his occurrunt mortalia pctā: ꝛ si de se ista non sint mortalia. ¶ Q̄ etiā mortale peccatū dieb⁹ festiuis cōmissum sit grauius: ꝛ iō de hmōi ↄfitendum est.

¶ De auditiōe misse diebus dominicis ꝛ festiuis.

s I nō audiuit totā mis-

sam diebus illis:sed omisit vel ex contemptu:vel ex cupiditate lucrandi:vel causa eundi ad solatium vel ad conuiuia:seu ex negligentia:vel ignorantia crassa mortaliter peccauit:et toties quotiens dimisit. Idem si audiuit: sed non totam dimittendo notabilem partem:de conse.di.j.c.missas Secus vero est si modicam partem misse dimisit.¶ Quod autem quis audiat in parrochia sua vel alibi missam propriam de die:vel aliam audiendo: vel non intelligendo verba:vel non audiendo: quia submisse dicit:vel audiat alibi seu a concubinario vel symoniaco: et huiusmodi: vel non symoniaco:et concubinario:exquo prelati non prouident super hmoi:non videntur simplices sollicitandi:sed dimittendum conscientijs eorum:vbi talia abundant secundum Pe.de pal.et Guil.durand. ¶ Dimittentes vero auditionem misse ex infirmitate: vel ex tali occupatione quam non possunt dimittere vt fuire infirmo:vel alia iusta de causa: puta qui manent in castris:excusantur.¶ Excusantur etiam puelle:que dimittuntur a parentibus domi:non tamen euntes ad choreas. Vidue etiam que manent in domo clause per menses non excusatur. Secus si per dies quindecim: vel per mensem et huiusmodi.

¶ De obseruatione ieiuniorum.c.ij.

Si quis dimittit ieiunia ecclesie: vt quadragesime.iiij.temporum: et vigilias festorum christi: ac sanctorum que de precepto sunt. post.xxi. annum:peccat mortaliter: nisi habeat causam legitimam cum excusantem:vel saltem existimet se habere:puta cum est satis debilis vel videtur sibi etiam:propter quod credit non posse ieiunare sine notabili corporis detrimento:licet secundum veritatem possit: talis non videtur de facili condemnandus de mortali:exquo paratus erat obedire precepto:si credidisset se posse:aliter est mortale:et totiens quotiens dimisit aliquem diem ieiunij:quia quilibet.n. dies:est sub vno precepto.Sed ante.xxi.annum inducendi sunt iuuenes ad ieiunandum.Etiam interrogandum est hic de numero dierum:quos dimisit: et qua de causa.¶ Si vero notabiliter anticipauit horam comedendi:puta circa horam tertiam: sine causa legitima:non est ieiunium.vnde et mortale.Hora autem com

grua:est circa nonam. Tarda re autē post nonā nō est vitium:nisi fiat ex superstitione. ¶ Si cū ieiunauit ex statuto ecclesie vel ex voto:vel ex iniūctione confessoris:comedit de sero frustum panis:vel de plurib⁹ fructib⁹:aut ↄfectioni b⁹ vel de vno genere tm̄:sȝ in magna quātitate:ieiuniū fregit.an.ij.p.summe.ti.vj.c.ij.§.viij. ¶ Si vero aliqd cōfectionū sumit in pua quantitate nō soluit ieiuniū:nisi fieret in fraudē ad nutriēduȝ. Sed si mōdo aliquid fructuū p̄ modū medicine.ne.s.vinū laudet stomachū:nō videtur eē malū. ¶ Pōt aūt qs in die plures bibere sumpto pradio: ꝛ nō frangit ieiuniū nisi fiat in fraudem:vt dictuȝ est. ¶ Debiles ꝛ multum laborantes: itinerantes : peregrinantes : nutrientes:pauperes:ꝛ huiusmodi quomodo ꝛ quando a ieiunio excusentur:vide plenius i.ij.p. sūme ti.vj.c.ij.§.vj.

¶ Quartum preceptū de honore parentū:ꝛ habet duo capitula. Caplm̄ primum.

H abeas in honore parētes. Quere prio. si dixit verba contumeliosa:vel obprobriosa parenti b⁹:mortaliter peccauit:ꝛ multo magis si verberauit: ēt leuiter. Idem si parētes irrisit. ¶ Si blasphemauit: vel male dixit ipsis defunctis ꝛ viuis. ¶ Si nō obediuit eis i licitis ex cōtēptu:peccauit mortaliter:ēt i puis reb⁹. Sec⁹ si ex negligētia i reb⁹ nō multi pōderis. Si nō ꝓuidit necessitatib⁹ eoꝝ:cū posset: mortale ē. ¶ Si nō ipleuit legata facta ab eis ad pias cās:sȝ multuȝ distulit pp icōmoditatē:cū tn̄ posset:peccauit mortaliter vide i.ij.p.ti.j.c.xxj.§.iij. ¶ Si nō reuerēter se hūit: sed ↄtēpsit: vł dure locut⁹ ē. vł ꝓuocauit ad irā:vł nō supportauit eos: vł diligēter nō ꝓuidit:vēiale ē.

¶ De gubernatiōe fāilie.c.ij.

S i nō ꝓuidit magnis necessitatib⁹ victus:ꝛ vestit⁹ filioꝝ: vxoris: suoꝝ cum posset ex auaritia: vel crudelitate: mortale ē.aij.d.c.si qs. Idē si pp hoc illegitimos filios misit ad hospitale:vł suos q sibi bn̄ seruiebāt. ¶ Si nō adhibuit diligētiā ad hoc vt boni eēnt:ꝛ mādata dei ꝛ ecclesie obseruēt: vt ĉ ↄfessiōe:cōione: auditio

ne misse: de honestate et huiusmodi et si notabilem in hoc commisit negligentiam: non curando vel non corrigendo mortale est vel veniale grave. ¶ Si dixit uxori verba contumeliosa: vocando scortum et huiusmodi: vel verberavit asperE sine causa rationabili sed ex iniuria mortale est. Secus si alias ei dura et aspera verba loquitur. ¶ Si uxor contendit cum viro in licitis rebus nolens obedire et ex hoc provocans eum ad blasphemandum deum vel sanctos: vel ad aliud grande inconveniens mortale. committit si est occasio data ad hoc. Si vir permittit uxores facere plurimas vanitates aut ornatus vel tripudiatus et huiusmodi: et alia multum provocantia ad lasciviam: mortale videtur. Si vero non sit multus excessus veniale videtur. ¶ Mater que mittit filias ad choreas et alias mundi vanitates: et non ducit ad missam: confessionem: et communionem: non videtur posse excusari a mortali. ¶ Si dominus vel domina non providit necessitatibus corporalibus suorum et ancillarum: et infirmos mittit ad hospitale et non curat de necessitate vel bonestate vite eorum vel non dat eis habilitatem ad confitendum communicandum: audiendum missam cum possit: vel faciat in festis laborare mortale est in quolibet horum. ¶ Si nimis dure: vel nimis: remisse alias se habent in gubernatione familie: in quo omnes delinquunt etiam perfecti: communiter veniale est di. xxv. c. qualis.

¶ Quintum preceptum de homicidio. Cap. unicum.

Non occisor eris. Et n primo querere: si occidit extra ordinem iuris aliquem voluntarie: vel preter intentionem a casu: dando operam rei illicite: ut in ludo notorio: sic ad faxa: vel etiam rei licite: sed non adhibendo debitam diligentiam: ut proiciendo regulas de tecto mortale est: et casus episcopis reservatus. Idem si ex necessitate evitabili et etiam inevitabili ad quam pervenit ex culpa: puta quia adulter est inventus a viro mulieris adultere: quod ut mortem evaderet eum occidit. Interrogandum est de causa homicidii. ¶ Si iudex occidit aliquem innocentem secundum iura: vel aliquem nocentem sed preter ordinem iuris: vel secundum processum ordinarium sed non habens legitimum dominium vel habens potestatem: sed non ex iusticia: sed ex vindicta: vel avaricia: vel

crudelitate:ꝛ est casus episcopalis nisi in vltimo pūcto i.ij. pte sum.ti.vij.c.viij.§.i.¶Si mulier grauida quesiuit aborsum per medicinas vel labores vel per aliū modū: etiā si nō sequatur effect⁹ est mortale in ea:ꝛ in quocūqꝫ ꝯsulente ꝛ operāte ad hoc:nō tñ est casus ep̄alis. Si vero sequitur effectus:ꝛ puerperiū erat formatuꝫ in vtero:homicidiū est in ea ꝛ cooperāte ꝛ ꝯsulēte:vnde casus ep̄alis est. In aliqbus etiā locis si nō sequitur effectus per synodales cōstitutiones:est ep̄alis: ꝛ alicubi est excōicatio.¶Si occidit mater filiū vel filiā sponte ad occultandū crimen suū: grauissimum est: ꝛ multo plus si nō baptizatū.¶ Si pater filiam vel frater sororē fornicantem:si vir vxorē:pp adulterium si vxor viꝝ pp odium vel amorē ad aliquē aliū:si filius patrē vel matrē ex ira vł auaricia:vel fratrē frater:grauissima sunt ꝛ digna magna penitēria ꝛ ep̄o reseruata. Et nota ꝙ ep̄i solent cōiter eos mittere qui ire pñt pro casu homicidij ad penitentiarios curie ad terrorē incutiēdum. Si tñ nolunt:possunt absoluere tales per se.vł per alios.iō pape nō reseruat⁹.¶Si mater:vel nutrix suffocat filiū vł filiaꝫ quē tenet iuxta se: in aduertēter opprimēs:mortale ē propter negligentiā ꝛ est ep̄alis.¶ Si mulier grauida preter intentionē abortitur:si cōmisisset ibi notabilē negligentiam: puta qꝛ nimis saltauit: vel qꝛ nimis inordinate laborauit: vel ꝑpter inordinatas lasciuias nō esset absqꝫ pctō mortali. Idē in viro vł alio percutiente eaꝫ vñ hoc sequitur. Secus vero si nō esset in causa.¶ Siqs ēt nō occidit. tñ mutilat aliqd mēbruꝫ: vel reddit inutile alteri ex ordinē iuris: vel vulnerat : vel alias percutit aliquē ex iniuria:peccat mortaliter. Idē si iniuste icarcerat:vel tenet per violentiā:ne liber possit abire.nisi faceret per punctū tpis ad impediendū maluꝫ ei⁹. Si clericuꝫ ēt habentē tantū primam tonsurā:est excōicatus. ¶ Siquis verbo vel mādato.s.mādando:psuadendo:cōsulendo: ratificādo vel incitādo: cooperat aliqd predictoꝝ vel morrē:vel corporalem le-

Si dixit alteri verba contumeliosa vel iniuriosa importātia vitia:vel opprobria. animo iniuriandi notabiliter:vt vocando eū proditorē:vel inhonestā psonā:z dicēdo mala de parētib⁹ z hmōi mortale est. Si dixit verba opprobriosa familie sue vł discipul⁹ vł sibi subditis cā correctiōis: si fit mō debito z honesto ē si ne peccato: vel cōiter est veniale: nisi infamatoria diceret z sequeret scandalum magnum. Vide in.ij.parte sum. ti.vij.c.vi.§.ij.

¶De blasphemia z maledictione creaturarum.

Si blasphemauit animo deliberato aliquē: vt percuteretur tali maledictione in malum ei⁹ esset mortale: nisi hoc affectaret in emēdationē ei⁹. Si vero hoc nō desideraret scdm rōnē: sed scdm subitum motū ire ei⁹: cuius signum est qȝ si hoc ɔtingeret: valde doleret sicut fit a parentib⁹: cōiter veniale est. ¶ Si maledixit creaturas irrationales: qȝ si fecit in detestationē creatoris: vel in damnum dñi eius: est mortale: alias vēiale ⁊ ociosum. ¶ Si blasphemauit animas defunctoꝝ suoꝝ parentum vel alioꝝ hoīum: videtur mortale: qȝ vr̄ intēdere notabile malum. ¶ Idē cū seipm maledixerit ex ipatiētia. ¶ Si blasphemauit dyabolum: malum est: qȝ ociosum saltē. vide de hanc mā in .ij. pte sum. ti. vij. c. v. §. iij. ⁊ .iiij.

¶ De maledictiōe dei ⁊ sanctoꝝ. dictū ē .s. i pmo pcepto

¶ De rixa.

De rixa per quā ex ira se inuicem hoies percutiunt. i. cum fit animo nocēdi vel iniuriandi vt in adultis: est mortale in incipiēte. Idē in prosequente animo vindicatiuo. Secus si animo defendendi se tm̄: vel etiā ad exercitium vt pueri.

¶ De seditione.

De seditione que est qn̄ vna pars ciuitatis isurgit ɔtra aliam: ex parte ei⁹ que iniuste mouet. est mortale cū oib⁹ sequacibus ei⁹: ⁊ tenetur de oibus dānis inde secutis alteri parti. Ex parte autē eius qui resistit seditioni iniuste mote cōtra se: vel bonū ciuitatis: non est scdm se peccatū: nisi misceantur odia ⁊ vindicationes: prout cōiter accidit. Quando ex resistētia alteri parti sequerētur multa pericula ⁊ mala: cedendū esset: alias nō euaderet multa peccata que in ɔflictu partiū sequerent. ¶ Sigs etiā ita partialis est vt guelphus ⁊ gebelin⁹: seu aliter partialis. ita obstinato aīo qȝ appetit exterminiū alteri⁹ ptis: seu exiliū per phas ⁊ nephas paratus etiam in malis se qui partem suam: nō est sine mortali: ⁊ in malo statu pditionis. De hac materia vide in scda parte sum. ti. iiij. c. viij. §. iij.

¶ De bello.

Sigs mouet bellum iniustum mortalr̄ peccat: ⁊ oīs qui dat auxiliū: ɔsiliū ⁊ fauorem. simi-

liter peccat mortaliter. De dānis autē que ibi fiunt: ɇ de restitutionib⁹: ɇ quid sit iustū vel iniustū bellum. vide in.iij. parte sum.ti.iiij.c.ij. De homicidio dictū est.s.in.v.pcepto.

De accidia que est.iiij.capitale vitium: ɇ hēt.c.v. pmū.c.

a Ccidia importat tedium bñ operādi. Si ita ɔtristatus ɇ tediatus est ꝙ hūit in horrorē bona diuina: ɇ in abomiationē spiritualia ɇ opa bōa ad que tenentur: vt pcepta dei ɇ eccle ɇ hmōi: qñ adest ɔsensus rōnis est mortale. Sȝ si hēt talem motū tm̄ scdm sensualitatem cū displicētia rōnis: est veniale. Si ita ɔtristat⁹ est de morte ɔsanguinei: vel alio casu ꝙ penitet eū bene fecisse vel pponit amplius nō bene facere: mortale est. Si ita ɔtristatur ꝙ vellet nūꝙȝ fuisse creatus a deo: seu nō esse natus in mūdo: vel eē sicut brutū animal vel mori quocūqȝ: siue bene siue male disposit⁹ dūmodo hinc exiret: talis tristitia cū ɔsensu rōnis est mortale. Si etiā ita ɔtristat̄ de aliquo cāu aduerso. ꝙ icurrit grandē infirmitatē ppter nimiā tristitiā: perdens somnū: dimittēs cibū ɇ hmōi: videt̄ mortale qñ pōt se iuuare contra hmōi. Si ɔtristatur ex ɔsideratione bonoꝝ que hūit alij: quib⁹ ipse est priuatus: vilipendēs oīa sibi data a deo: ɇ inde sumens tediū bñ operandi scdm ɔsensuȝ rōnis: Accidia est cōiter veniale: ɇ in psonis spūalib⁹ reperitur. Si ɔtristatur ex hoc ꝙ bona pposita que fecit sepe frāgit ex hoc incurrit tediū bene operādi: quasi sibi videat̄ nō posse pficere: accidia est ɇ in spūalibus incipiētib⁹ deo seruire repitur. Si ex frequētia tētationū attediat̄ in laborādo ɇ resistēdo: venial est si tñ resistat. In icipiētib⁹ ɔtingit sepe. Si attediat̄ in bonis operib⁹ vel bene operādo orando: audiēdo: legēdo lectiones vel pdicationes aut dicendo officiū ɇ hmōi: non tñ dimittit de necessitate fienda cōiter est veniale: ɇ satis ēt in spūalibus reperitur. Si tristatur de aliquo defectu magis ex eo ꝙ apparet defectuosus coram hominib⁹ q̄ꝫ coraȝ deo: accidia est ɇ frequēter veniale pcedens ex superbia.

¶De filiabus accidie.c.ij.

E filiabus accidie in quib9 difficile est cognosceř qñ ibi sit peccatuz mortale. nisi qñ miscet cum aliquo pctõ: vt cũ ōmittitur aliqđ pceptũ: nisi deprimat ita mentẽ ꝙ tollat caritatez dei ꝛ proximi.

¶De desperatione.

Si desperauit de misericordia dei existimãs eũ nõ posse vel nõ velle ei parcere ẽt reuertẽti ad pniaz: vel nõ posse abstinere a pctis cũ adiutorio dei: est mortale ẽm deliberationẽ ꝛ ꝯsensum. Secus si ẽm aliquẽ ipulsum tẽtationis. ¶Si desperauit se nõ posse euadere aliquas miserias mũdi: vt pericula pp que decreuit se occidere: est mortale. Et si aliqđ ad hoc fecit multo magis.

¶De malitia.

Si cõtẽpsit diuina ꝛ spũalia bõa ex tristitia aggrauãte mẽtez mixta cũ accidia: mortale est: hec in.ij.pte sum.ti.ix.c.ij. §.ij. ¶Si aũt ꝯsenserit ꝛ refugeret ea per que posset vitare pctm̃: q2 tũc pertinet ad blasphemiã in spũm sanctũ: vt infra dicetur.in.ij.c. de superbia.

¶De pusillanimitate.

Si subtraxit se ab illis bonis ad que erat apt9 timore deficiendi: vt a ieiunijs: ab igressu religionis: a platione mũ̃ctã: ab offõ pdicationis ꝛ audientia ꝯfessionis iniuncte ꝛ hmõi: est cõiter veniale. nisi esset pceptuz in eo qđ dimittit.

¶De rancore.

Si habuit in displicẽtiã ꝛ tedium corrigẽtes eũ pter correctionẽ: est veniale: nisi illos odiret ꝛ tũc odiũ est mixtum.

¶De ociositate que procedit ex tedio.

Si stetit ociosus nihil boni operãs corporale vel spũale. vñ amittit tps irrecuperabile vt veniale: nisi ex ocio addat aliqđ vitiũ qđ frequẽter accidit: ꝛ quãto tpe stetit ociosus.

¶De torpore seu pigritia bene operandi.

Si fuit tardus ad bñ operãdũ: licet illud fecerit: vt tardus ad ecclesiã ad orañ. ad elemosynas dãdũ ꝛ hmõi cõiter est veniale: nisi ex tarditate ōmitteretur pceptuz: vt q2 cito nõ subuenit patiẽti extremã necessitatẽ cũ tenetur: vt ifirmo: vñ seqtur mors ꝛ hmõi tunc est mortale.

¶De euagatione mentis.

Si habuit distractionez mentis in orone z fuit in cã: vł cũ voluntate euagat: vel i audiẽdo pdicationẽ z diuina vł ẽt extra diuina mente cogitauit vana z inutilia: est cõiter veniale: nisi addat aliqd spãle peccatũ vel si hoc faciat per totũ offm ad qd obligatur ex pcepto. Si audit noua: vel si loqtur inutilia: vel ex tedio mutat loca hinc inde: vel distrahit sensus z mẽbra diuersimode est veniale cõmuniter.

¶ De negligẽtia seu tepidita te que est remissio voluntatis circa ea que dz facere. c. iij.

In hac quotidie oẽs offendunt: sz veniałr nisi õmittatur aliqd necessariũ. ¶ Si fuit negligẽs circa opa misericordie spũalia que hoc versu cõtinentur. ¶ Cõsule: castiga: dimitte: solare: fer: ora. ¶ Nõ qz sub consulo cõprehẽditur doctrina. i. doccre ignorãtẽ: pcipue ad salutẽ vtilia. ¶ Si fuit negligẽs ad adiscẽdũ necessaria ad salutez: vt pcepta dei z ecclesie generalia: qz hmõi ignorãtia nõ excusat: vel ad eundũ ad predicationẽ: z vtile est inũgere idiotis. vt pdicationes aliquas audiãt. ¶ Si fuit negligens ad pcurandũ sacra sibi z sue familie. Et si ex negligẽtia z dilatione mortua est proles sine baptismo: ẽ mortale. ¶ Si infirm⁹ mortu⁹ est sine cõfessione z cõione: vel extrema vnctione: cũ ex negligẽtia crassa pcedit: vł mortale vel graue veniale fm qz plus ille indigebat. ¶ Si fuit negligẽs ad pcurandũ sacrm cõfirmationis. ¶ Si itez fecisset dare sacra baptismi: cõfirmationis vel ordinẽ sciẽter sacrum: est mortale z cõhit irregularitas in suscipiẽte. ¶ Si fuit negligens ad fraternã correctionẽ cum tenet: videlz de pctõ occulto z mortali z inde sperabat emendationẽ illi⁹: tunc esset mortale dimittẽdo omnino illaz: veniale vero retardãdo: vel de his q̃ nõ sunt mortalia. ¶ Si nõ suauit ordinez debitũ in fraterna correctiõe: vel nimis aspe. vel in tpe vel loco in debito: pctm est. vide de hac mã in. ij. pte ti. ix. c. iij.

¶ De negligentiã confessionis. Capłm. iiij.

Si õmisit adminus semel in ãno cõfiteri vł ex negligẽtia vł igñrã

sia: mortaliter peccauit. Sec⁹ si ex impotētia: videlȝ q2 non hēt copiā ɔfessoris. Sȝ si postea cum hēt copiāȝ ɔfessoris nō suppleuit defectū: mortale est vide hāc materiā in .ij. ptē sum. t. ix. c. viij. §. ij. ℭ Si fecit ɔfessionē fictā: scienter dimittens aliqđ mortale: vł qđ dubitat: vel credebat esse mortale: etiā si nō esset mortale. mortaliter peccat: ꝛ tenet iterare ɔfessionē. ℭ Si dixit esse ɔtritum de oib⁹ peccatis ꝛ dispositum ad abstinendū ꝛ satisfaciendū: cū hoc nō intenderet: mortaliter peccauit: ꝛ tenetur iterare ɔfessionē. ℭ Si pniaȝ sibi iniunctā pro mortalibus ex negligentia omisit facere: peccauit mortaliter ꝛ tenetur iterare ɔfessioneȝ: si est illius oblitus. ℭ Si sciēter ɔfessus est ei quē sciuit excōicatū: vel suspensum. vel nō hñtem auctoritateȝ: puta q2 simoniace accepit bñficiū: vel q2 itrusus est per laicā potestatē: peccauit mortaliter: ꝛ tenet iterare ɔfessionē. ℭ Si ɔfessus est in excōicatione maiori cristens: quā nesciuit ipse nec cōfessor eius: absolutus tñ fuit a pctis opȝ iteȝ ɔfiteri. q2 nō fuit capax absolutionis tunc: ppter excōicationem. ℭ Si ɔfessus est ei qui nō hēt sufficientem sciētiā: peccat. Et si fuit adeo ignorans q nesciuit discernere pctā eius pcipue cōmunia tenetur iterare cōfessionem. hec vide i. ij. p. s. ti. ix. c. viij. §. iij. ℭ De negligentia circa communionem. c. v.

S I ommisit cōicare semel in anno. s. in pascha resurrectiōis p⁹ annos discretionis: peccauit mortaliter: nisi fuissȝ legitime impedit⁹: vt q2 alteratus stomaco: vel excōicatus. querēs tñ absolutionē: vel de licentia proprij cōfessoris per aliquot dies differret: ꝛ in hmōi casibus dēt supplere defectuȝ qñ pōt. ℭ Si non cōicauit ieiunus: ita. s. q post mediā noctē aliqđ sumpsit per modū cibi vel pot⁹: peccauit mortaliter: nisi esset grauiter infirm⁹. q2 tunc licet. ℭ Si cōionē sumpsit cum staret cū ppositō alicuius pcti mortalis: vel cū esset excōicatus: hoc sciens vel ignorās ignorātia crassa: peccauit mortaliter. ℭ Si nō cōfessus de aliquo mortali pctō cōmisso: vel aduertēter ex ve

recũdia: vel inaduertẽter propter indiscussionẽ conscientie: vel ex ignorãtia crassa ⁊ supina sumpsit cõionez: peccauit mortaliter. ¶ Et nota. q̄ si qs ommittit ↄfessionẽ vel cõionẽ in tpe statuto: cõari debet ↄfessor vt inducat eũ ad supplendũ defectum: nisi sit oino nõ bene dispositus. Vide in ij. parte sum. ti. ix. c. ix. §. j. ⁊. iij. ¶ Item cũ reperit aliquẽ deditũ vitijs turpibꝰ ⁊ alijs qui stat vsq3 ad finẽ q̄dragesime: cautuz vr̃ ne subito admittat eum ad cõionez: sed ꝓlonget sibi tp̄s per aliq̄s hebdomadas. ¶ De alijs vero defectibus qui cõmittunt circa cõionẽ ⁊ missaz vide in tertia pte interrogatorij in. c. de clericis ⁊ in. iij. pte sum. ti. xiij. c. vj. itez scd̃a pte ti. ix. c. x. ¶ Si existẽs excõicatus maiori: ⁊ scienter participauit audiẽdo diuina in ecclesijs aut sacra percipiẽdo: peccauit mortaliter. ¶ Si participauit in crimine cũ aliquo ꝓpter qd̃ ille cũ quo participauit erat excõicatus. videlicet q2 verberauit clericũ: vt. c. Si ↄcubine eis de snia excõicationis. vel si aliqs clericus subijcit se alicui laico verberandum ad placãdũ euz de iniuria sibi illata: clericus ille efficitur excõicatꝰ: q2 pticipat in crie cũ verberãte: pp q̄ est excõicatꝰ ⁊ mortale est: vt. c. cõtingit de sen. exco. ¶ Si existẽs excõicatus maiori sciẽter. participauit cũ alijs fidelibꝰ etiã ex diuina: p̄cipue in his que ↄtinent hoc versu. ¶ Os: orare: vale: cõio: mensa negat. Et si fecit ex ↄtẽptu ↄ ꝓhibitionez superioꝝ: peccauit mortaliter alias venialiter ⁊ efficit excõicatus minori: a qua põt absoluere ois qui hẽt eũ audire in ↄfessione. ij. p. ti. iiij. c. vj. §. iiij. Excipiũtur tñ qnq3 casus in quibꝰ licet pticipare cũ excõicatis: qui ↄtinẽtur in hoc versu. ¶ Utile: lex: humile: res: ignorata: necesse. ¶ Nec anathema quidez faciũt nc possit obesse: quos vide i. iij. p. sũ. ti. xxvi. c. i. ⁊. ij. p. ti. iiij. c. vi. §. iiij.

¶ De inanigloria ⁊ habet. iij. capitula. Primum caplm.

E inanigloria que ẽ v. capitale vitiũ: importãs inordinatũ appetitũ laudis hũane: seu inordinatã cõplacentiã eiꝰ cũ offert. Et cũ fit aliqd̃ opus p̄ncipaliter pp laudẽ ꝓpriã: amittitur

eius merces ꝛ peccatũ incurritur. Et iterrogandũ est ſm ſtatũ hoiũ de diuerſis materijs in qbꝰ hoies q̄rũt ſibi laudē: videlꝫ a doctore de ſcia ꝛ doctrina: a ſcholari de ingenio ꝛ diſputatiõe: a rectore d̄ regimie: a mulieribꝰ de ornatu ꝛ hmõi. ¶ Si q̄ſiuit laudē ꝛ gloriã de ope pcti mortalis mortalr̄ peccauit: ſi ſm rõnē deliberatã hoc egit. Secus ſi ſm modũ ſenſualitatis vl' ēt ſi de aliquo veniali gloriatur. ¶ Si opa ſua de genere bonoꝝ: vt iciunia: elemoſynas: ꝛ hmõi: q̄ſi oĩa ad laudē humanã fecit: mortale vr̄: cũ ibi cõſtituit finē puta: q2 pncipalis intẽtio eiꝰ eſt vt laudē acqrat humanã ꝛ nõ pp deuꝫ. Secꝰ ſi aliqd boꝝ aliq̄n facit alio fine bono. Si ita inordinate appetiuit laudeꝫ de aliq̄ ope. ꝙ pp caꝫ ꝯſequẽdã. paratus erat facē ꝯtra aliqd̄ pceptoꝝ peccauit mortaliter. In alijs aũt caſibus videtur veniale.

¶ De imodeſtia ornatꝰ. c. ij.

E imodeſtia ornatus que pcedit frequēter ex inaniglo ria: licet ēt ex alijs cãis poſſit pcedere. ꝛ pcipue mulieres iuuenes de hoc iterrogãde ſunt. ſ. de ornatu capilloꝝ: fucoꝝ: gēmarũ: veſtiũ pcioſarum: ꝛ foderaturis ꝛ caudis earũ: ꝛ planellis nimis altis ꝛ coronis capitis ꝛ hmõi: in qbꝰ aliq̄n eſt mortale aliq̄n veniale. ¶ Si vſus vl' vſa eſt fucis: vl' alijs ornamẽtis ad oſtentationē ꝛ ianēgloriã: ſi de hmõi ſuphiuit vl' gloriata ē: mortale eſt: ſi tãtã delectatiõeꝫ hũit ad laudē ꝛ gloriã illã ꝙ nõ curauit trãſgredi mandata dei ꝛ eccl'e. ¶ Si vſus vl' vſa eſt fucis: ꝛ alijs ornamẽtis ad inducẽdũ hoies ad ſui ꝯcupiſcẽtiaꝫ ex' m'rimoniũ: mõtale ē idubitatũ. ¶ Si ita iordinate delectaꝛ i hmõi ita ꝙ ēt ſi ſciret hoies ex ſui ornatu ſcãdalizari. i. trahi ad ſui ꝯcupiſcẽtiaꝫ nõ curãs de ruina pximi: mortale ē. ¶ Si ad cõplacẽdũ viro ſuo: vel ad inueniẽdũ viꝝ ſi eſt inupta: vl' ne deſpiciaꝛ ab alijs vl' ex aliqua leuitate vſa eſt fucis: vel alijs ornamẽtꝭ ſuphluis de ſe nõ ē mortale: ſꝫ potiꝰ veniale: niſi hic ſit nõbilis exceſſus in hmõi: vt poſſit iudicari de occaſione data alioꝝ ruine ꝛ nõ tñ accepta qd̄ eſt difficile iudicare. ¶ Si hũit nimiã dili-

gētiā ⁊ studiū ⁊ tp̄s ad ornandū se: vel fec̄ excessuȝ in portatura vestiū vltra suū statū vl̄ ꝯditioneȝ: vel nō ſm morem patrie: vel vestibus nimis delicatis peccatum est.

¶ De filiab⁹ inanisglorie. Et p̄rio de hipocrisi. c. iij.

Simulauit sctitateȝ hēre per iciuniū: orōnē ⁊ hm̄oi cū malus eēt: si hoc egit ad ꝯsequēdam laudē hūanā. ꝯstituēs ibi finē mortale est: al's vēiale: nisi aliud vitiū adiūgat. ¶ Si simulauit sctitatē per hipocresim itēdēs aliqd qđ sit ꝯ honoreȝ dei: vel vtilitatē p̄rimi: vt sciare errōes: adipisci idign⁹ eccl'asticā dignitatē: decipe.n., p̄rimū tpaliter vl' spūalr: mortale est. ¶ Si simulauit sctitatē cū s malus vt dēt ei elemosyne sic sctō viro: vl' ꝓcurato rib⁹ eccl'aȝ vt cerretani ⁊ similia: mortalr peccauit. ¶ Si simulauit maiorē sctitatē q̄ habuit: vl' occultauit suū defectū ad edificationē p̄rimoꝝ: nō ē pctm̄: vel leue: vel vēiale ē: aut si hoc fac̄ ob aliquā vanitatē vel inanēgloriaȝ: est veniale.

¶ De iactantia.

Si laudauit seipm̄ de aliquo opere pctī mortalis: mortal' peccauit. Si āt de ope veniali: venialiter peccauit quātū ē de se. ¶ Si laudauit se de aliquo ope bono: videlȝ de virtute: de scia: de idustria: vel diuitijs vel potētijs ⁊ hm̄oi ex superbia ⁊ ianigloria: mortale est: vl' veniale: ſm radicē ipsi⁹ superbie vel ianisglorie vn̄ ꝓcedit. ¶ Si laudauit se ꝯtēnēdo alios: vt pharise⁹ publicanuȝ: mortale est. ¶ Si āt ex aliq̄ leuitate vel vtilitate ꝯsequēda: veniale vel nullum est.

¶ De ironia.

Si vilificauit se verbis vl' factis plus q̄ sentiat i seipō in mēte: dicens aliq̄ mala de se: que in se nō cognoscit: veniale est ⁊ dicitur ironia.

¶ De cōtentione.

Si qs ꝯtēdit aduersus aliuȝ ꝯ veritatē sciēter in reb⁹ alicuius iportātie: mortale est. Secus est in reb⁹ paruis ⁊ in aduertēter. ¶ Si ꝯtēdit pro veritate: sȝ nimis iordinate: cōiter est veniale: sȝ posset ibi eē tanta inordinatio ꝓ rōne scādali sequentis: esset ibi mortale.

¶ De discordia.

Si hn̄s tractare aliq̄ cū alijs in cōi nolit concordare cum

alijs de his que ordinantur ad honorē dei: vel proximorū vtilitatē. ex eo q̄ male afficit ad eos: vel vt ostēdat se plus scire q̄ alij: mortale est. Sec⁹ āt si nō cōcordat: videlicet q2 sibi videtur esse magis scdm deū z rōnē quod ipse intendit: q2 tūc vel nō est peccatū. vel leue: nisi sit nimis ptinax.

¶ De pertinacia.

Si fuit pertinax in sententijs suis: discrepās a cōi ceterorū consilio vel iudicio: cōiter est veniale periculosum tamen. z in ductiuum erroris.

¶ De singularitate nouitatū.

Si fecit singularitates: vl' nouitates in conuersatione vite vel vestib⁹: vel cerimonijs: vl' alijs ad inentionib⁹: peccatuz est: z si ad inuenit aliquā malam consuetudinē omnia ei imputantur.

¶ De inobedientia.

Si nō obediuit superioribus suis spūalib⁹ vel tpalibus: legibus canonicis: vel ciuilib⁹ rōnabilibus: z si quidē transgredit superior ordinationes habētes vim pcepti: vt quando mandat seruari verbo vel scripto in virtute sancte obediētie: vel sub pena excōicationis vel carceris: vel alijs penis grauib⁹: z hmōi equipollentijs peccauit mortaliter. In alijs vero ordinationib⁹ simpliciter factis transgrediēdo: est veniale: nisi fiat ex contemptu: q2 tūc mortale quantūcunq3 leuibus.

¶ De gula z habet. c. iij. primum. c.

Gula est sertū capitale vitiū: z iportat inordinatū appetitū seu delectationē circa cibū z potuz: ¶ Nō. v. spēs seu modos q cōtinent in hoc versu. Pre propere: laute: nimis: ardēter: studiose. ¶ Si comedit vel bibit ex̄ horā debitā sine rōnabili cā z vrgēte. ¶ Si est vsus cibis vel potib⁹ lautis nimis i. delicatis vltra cōditionem sui status. Aliter. n. decet comedere infirmū q̄ sanū: ciuē q̄ rusticū. ¶ Si comedit vel bibit in minima quātitate pz exigentiā sue complexionis. Quod. n. vni parū est: nimiū est alteri. Et plus comedere in die ieiunij q̄ altera die: nō est de se malū pro vna comestione. ¶ Si comedit vel bibit cū nimio ardore gule: seu cum nimia cōplacētia. contē

mus magis satisfacere delecta tioni gule: q̄ȝ necessitati ꝓui dere. ¶ Si adhibuit vel adhi beri fecit nimiū studiū ⁊ dili gētiam circa cibaria delicata ꝓparādavt cū varijs sapo rib⁹ ⁊ diuersis mōis: ⁊ hmōi. In his oibus spēbus vel mo dis gule: tūc est mortale: quā do delectatio gule querit vt si mꝰ parat⁹ facere ꝯtra prece pta vt satisfaciat delectationi gule: vel cuȝ comedit usq̄ȝ ad crapulā vel vomitū aduertē ter sicut fit a plerisq̄ȝ in car nispriuio: vel vtif aliquo cibo ex quo verisimiliter credit in currere magnā lesionē perso ne. In alijs vero casibus cōi ter ēst veniale. ¶ Si comedit carnes in q̄dragesima: vel in alijs ieiunijs ecclesie: vel in vi. feria aut in sabbato per to tū ānuȝ nisi vrgēte cā necessi tatis vel infirmitatis: pecca uit mortaliter si sine consilio medici. ¶ Si vsus est lactici nijs tpe q̄dragesime sine cā infirmitatis: ⁊ de cōsilio me dici: peccauit mortaliter. In alijs vero ieiunijs: ecclesie ser uari potest mos patrie: quan tū ad vsum lacticiniorū: qui mos si nō appareat turi⁹ est abstinere. De hac materia vi de in. ij. pte sum. ti. vj. c. ij.

¶ De ebrietate. c. ij.

Si bibit vsq̄ȝ ad ebrie tatē aduertēs se nimis bibere: vel potentiā vi ni sufficiētem ad inebriandū: vel de hoc dubitās ꝓbabili ter: peccauit mortaliter. Sec⁹ si ignorauit potentiaȝ vini vt Noe. ¶ Si fuit cā inebriatio nis alterius aduertēter indu cēdo ad nimiū potū vel ponē do sal in vino: ⁊ hmōi: morta liter peccauit. Secus si fecit cā medicine. ¶ Si idurit ali quē ad frāgēdū ieiuniū eccle sine cā legitima suis ꝑsuasio nib⁹: peccauit mortalr. ¶ Si induxit pueros: ⁊ iuuenes ad lābacitates ⁊ tabernas ⁊ hu iusmōi vt puertat ad turpia. ¶ Si frequētauit tabernā si ne cā rationabili: vel cōuiuia dissoluta: peccatum est.

De insensibilitate.

Si abstiuit se nimis a cibo ⁊ potu ⁊ alijs necessarijs vite: pp q̄d icurrit ifirmitatē: cōi ter est veniale: nisi fiat notabi lis excessus: ⁊ addaf obstina tio ꝯ admonitiōes i hmōi ōfe ctib⁹: q2 tūc videt mortale rō ne periculi inde sequentis.

¶ De filiabus gule & primo de ebetudine.c.iij.

J ex fumositatibus in ordinate comestiõis & pot⁹:icurrit obscurita tē seu grossiciē itellectus & ex hoc ineptitudinē legēdi oran diq3:est veniale cōiter.

¶ De loquacitate.

Si nimis locutus est:seu dixit verba ociosa & sine necessitate & rationabilitate: cōmuniter est veniale.

¶ De scurilitate.

Si fecit actus seu gestus iordinatos: & si sint ꝓuocantes ad libidinē extra matrimonium:est mortale. Si vero ad dissolutionē vel leuitatē vrvētositatē & hmōi:veniale est.

¶ De inepta leticia.

Si būit ineptā leticiā & vanā i ludis & iocis: cōiter veniale est nisi addatur aliqđ vitiuȝ.

¶ De choreis.

Choree que fiūt cū iordinata letitia:sunt mortalia quinque mōis.¶ Primo cū fiūt ex libidine.¶ Scđo cū fiūt in ecclesijs:q2 sacrilegiū ē.¶ Tertio cū fiūt a clericis & religiosis cū mulierib⁹ rōne scādali. ¶ Quarto cum fiūt ex inani gloria vel vana letitia:tā inordinata q ibi constituat finis. ¶ Quinto cū tales choreizantes nō curāt de scādalo primi:est mortale. In alijs āt casibus:cōiter est veniale. Posset tamen quādoq3 esse mortale:nec de facili de huiusmodi potest dari iudicium.

¶ De immundicia.

De imūdicia que pōt itelligi cū qs imūde comedit & esset veniale:pcipue si ex hoc oturbat alios: vel q2 vomitū fac. Et si hoc facit q2 nimium comedit vel vt auidi⁹ comedat: pctm̄ est. Secus si cā medicine. Pt̄ pt itelligi đ imūditia pollutionis:que cū accidit in isōnijs nō iputat ad pctm̄: s3 pctm̄ pōt eē in cā ei⁹.s.si ꝓcessit ex crapula:vel turpi cogitatiōe pceđēti:vel ex negligētia:vel ēt post vigiliā recolēs de ipsa imūdicia habita in sōnijs turpibus.delectat:& si est consensus rōnis de huiusmodi turpi delectatione:est mortale vel veniale:vel nullum si ex alleuatione nature.

¶ De immūdicia seu pollutione procurata.

Nota q si qs quid agit hac itētione pricipaliter.vt pollutionē hēat:siue vigilando siue

dormiēdo:mortaliter peccat etiam si facit cā sanitatis. Si āt ipsa pollutio etiā cōtingat in vigilia p̄ter voluntatem ⁊ sine procuratione: non est mortale.

¶ De luxuria ⁊ habet.c.ij.

Primum capitulū.

Luxuria est.vij. capitale vitiū. Sed q2 supra i p̄ceptis dictū ē satis de spēbus eius in opere:ac ēt in cogitatione ideo illis ōmis sis:videndū est de quibusdā alijs ptinentib9 ad ipsaʒ luxuriā ⁊ delectationē morosam: ⁊ primo. ¶ Si tetigit aliquē vel aliquā vel osculatus est libidinose extra cōiugiū:mortaliter peccauit:ēt si non sequit turpis actus. Nā talia exercitia in opere ipso pro vno peccato hñtur cū opere ipso: sed tāto grauius quāto in hmōi ɔcurrunt plura. Si āt fiāt diuersis tēporib9: diuersa sunt peccata. ¶ Si scripsit lrās vel portauit:vel misit:vel recepit cōtinētes amatoria ⁊ ꝓuocātia ad lasciuiam aduertenter mortaliter peccauit. ¶ Si fecit cātationes:vel cātauit vel legit:vel audiuit verba lasciuia: vel turpia delectabiliter ad ꝓuocāduʒ se vel alios ad lasciuiā:mortale est. ¶ Si associauit aliquē quē sciuit ire ad p̄cādum.vel turpiter agēduʒ:vel ad faciēdū serenatas: vl' matutinatas:peccauit mortaliter. ¶ Si fuit mediator inter aliquos ad hmōi turpia: vel posuit aliquos mediatores inter se ⁊ inter alios ⁊ huiusmodi:peccauit mortaliter. Itē si recepit enseniū: vel donum quodcunq3:vel misit ex amore libidinis.

¶ De delectatione morosa.

De delectatione morosa: q̄d uitium reperitur in tepidis ⁊ multū negligētibus. Nā ferуidi subito cogitationes expellunt noxias:⁊ frigidi:desiderijs operis acquiescunt. ¶ Si habuit cogitatiōes immundas ⁊ carnales in quibus trahit moram postq̄ ratione perpendit propter delectationem ipsam cogitandi huiusmodi: peccauit mortaliter. Non soluʒ quando quis cogitationibus luxurie ratione consensit.deliberans facere malum si adesset commoditas:ſ3 etiam nolendo opus perpetrare:sed non curando ipas cogitatiōes libidiosas ex

pellere postq̃ perpendit: sed in eis voluntarie imorando: peccauit mortaliter: Hec vide in.ij.pte sum.ti.v.c.j. §.v.
¶De filiabus luxurie.c.ij.

E filiabus luxurie de quib⁹ nõ oportet multũ iterrogare q2 difficile est intelligere nisi cũ mixtura alioꝝ vitioꝝ.⁊ prima est cecitas mentis.
¶De cecitate mẽtis.
Si fuit ita mẽte occupat⁹ circa mũdana ⁊ carnalia: ꝙ nesciuit de deo cogitare vel de rebus spiritualibus.
¶De precipitatione.
Si fuit p̃ceps ⁊ subitus i opibus suis sine cõsilio ⁊ examinatione mẽtis debita: agẽs.
¶De inconsideratione.
Si fuit icautus in factis suis non bene iudicans circa occurrentia.
¶De inconstantia.
Si in eo qð deliberauit boni agere: fuit incõstans ⁊ mutabilis ex passione.
¶De amore sui.
Si nimis seipsum dilerit q̃rẽdo corporis delectationes ⁊ cõmoditatez ⁊ huiusmodi.
¶De odio dei.
Si habuit deũ vel legez eius in displicentia: quia prohibet concupiscentias ⁊ huiusmõi.
¶De amore vite p̃ntis.
Si nimis amauit vitã istam p̃ntem pp voluptates carnis qbus est deditus: Ita amarẽ vitã p̃ntẽ ꝙ aliquis vellet hic ppetuari: scõz pe.est mortale.
¶De horrore futuri seculi.
Si horrorẽ hũit ad vitã futurã. De alijs vero que ptinẽt ad vitiũ luxurie ⁊ circa cõiugiũ: vide infra in.iij.pte interrogatorij in.c.de coniugatis.
¶De supbia ⁊ habet.c.ij.c.f.

Superbia scdm̃ Gregoriũ: est regina oium capitaliũ vitiorũ: ⁊ est vitiũ multũ subtile ⁊ difficile ad cognoscenduz: ⁊ cõsistit in appetitu inordinato ꝓprie excellẽtie: ⁊ hẽt q̃ttuor species sicut mõs de quib⁹ potes iterrogare ꝓut videbit expedire si tñ penitẽs intelligat. ¶Si bona naturalia spiritualia: vl tẽporalia que hũit.sibi attribuit: ⁊ a deo nõ recognouit. ¶Si bona ipsa a deo recognoscẽs: meritis suis pricipaliter se accepisse estimauit: videlicet pp sua iciunia: orõnes ⁊ hmõi. ¶Si ea bõa que nõ hũit sibi attribuit.: vel plusq̃

habuit cum eristimat se habere multū hūilitatis: charitatis:patiētie:ꝛ hmōi cū non hēt. ¶ Si reputauit se meliorē esse ceteris:alios cōtēnēs: in quolibꝫ hoꝛ modoꝝ potest esse moꝛtale vł veniale ꝫ ꝙ ratione cōsentitur vel nō. Vide diffusius hāc materiā in.ij.ptc.sum.ti.iij.c.j.

¶ De filiabus superbie.c.ij.ꝛ pꝛimo de derisione.

De derisiōe que aliqñ pcedit ex supbia. ¶ Si irrisit sacra ꝛ alia diuina.vilipēdens ea:aut sctōs viros:aut platos:aut deo seruire volētes:vt sic retrahat eos: peccauit moꝛtaliter. ¶ Si irrisit aliquē intēdēs ex hoc iniuriā vel vilificationē vel notabilē pturbationē ei⁹: moꝛtaliter peccauit:sed si ex leuitate vel causa ioci secus.

¶ De ābitiōe que pcedit ex supbia:ꝛ ipoꝛtat inoꝛdinatuꝫ appetitū honoꝛis:ꝛ multū reperit in platis ꝛ dñis. ¶ Si desiderauit aliquaꝫ dignitatē:vel bñficiū curatū:rōne de liberata:pricipaliter pp bonorē vel dignitatē vel vtilitateꝫ tēpoꝛalē:peccauit moꝛtaliter. ¶ Si desiderauit dignitateꝫ vel beneficiuꝫ ecclesiasticum vł seculare ad qḋ est indign⁹ vel inept⁹:videlicet qꝛ criminosus ꝛ hmōi peccauit moꝛtaliter. ¶ Si desiderauit vel ꝗsiuit ad hmōi puenire.etiaꝫ faciēdo cōtra pcepta:moꝛtale est. ¶ Si ꝗsiuit honoꝛē de ꝗcūqꝫ re ita inoꝛdinate ꝙ ibi cōstituat finē:moꝛtale est. In alijs vero casib⁹ vł veniale.

¶ De presumptione.

Presumptio que pcedit ex supbia: consistit in hoc ꝙ bō ponit se ad ea que sunt supꝛa vires suas:vel nō ptinent ad cōditionē suā:vt secularis ad iudicādū clericos:vł eos qui nō sūt sibi subiecti vel de his de qb⁹ nō hēt ptātem : peccauit moꝛtaliter. De pſumptione vide in.ij. ptc sum.ti.iij.c. v.ꝛ.vj. ¶ Si posuit se ad faciēdū ea exercitia ad ꝙ nō erat apt⁹ vñ pt seq spūale vł tpale dānū alteri:vt medic⁹ ignar⁹ medicie vel aduocat⁹ ignar⁹ ad aduocādū:iudex ad iudicādū:ꝯfessoꝛ ad audiēdū ꝯfessiones ꝛ hmōi peccauit moꝛtaliter. Sec⁹ āt si cōpetēter in arte illa pitus erat. ¶ Si pſumēs de virtute sua : exposuit se picułis pctoꝝ:vt vadēs ad

loca inhonesta:vel frequētās ɔuersationē mulierū leuiū ꝛ hmōi:vbi de facili pōt labi in mortali pctō : mortale videt.
¶ Si nimis de se psumens nō puidet necessitatibus vel periculis occurrentib⁹ spūalibus vel tpalibus expectās effectū miraculosum a deo.s.vt eū sanct ifirmuꝫ sine med'co ꝛ medicinis: vel ministret ei cibū sine labore:est mortale: ꝛ dicitur tentare deum.
¶ De temeraria iudicatiōe.
Si facta alterius que dubia sunt quo aio fiāt i malā ptē interptatus ē:seu iudicauit:ꝛ sine signis sufficiētib⁹ indicātib⁹ maliciam alteri⁹: delibera te iudicauit aliquem de peccato mortali:mortalr peccauit. Si vero iudicauit deueniali venialiter peccauit. Idē si iudicauit de mortali:sꝫ nō de liberato animo.
¶ De curiositate.
Si fuit curiosus circa cognitionē itellectiuā vt q̄rēdo scire que sūt supra capacitatē suā. videlicet de trinitate: de pdestinatiōe:vel q̄rēdo scire a gb⁹ nō dēt:vt a demonijs.vel p sortes.vl q̄rēdo scire parū vtilia:ꝛ dimittēdo magis necessaria:vel querēdo scire solū ad sciēdū.ꝛ nō ad deū cognoscēdū.vel ad aliquā vtilitatē:peccatū est:q̄nq₃ mortale:q̄nq₃ veniale. ¶ Si fuit curiosus circa vsus sensuum.s. oculis aspiciēdo:aurib⁹ audiēdo:narib⁹ ad odorādū: gustu ad gustādū:tactu ad tāgēduꝫ sine necessitate vl' vtilitate:sꝫ solū delectatione sensuali:peccatū est cōiter veniale:ꝛ q̄nq₃ pt eē mortale in.ij.p.sum.t.iij. c.vij.§.xij. ¶ Si reperit se in spectaculis ad vidēdū.vt torneamēta:palestra:currere ad brauiū ꝛ hmōi:nam si in hoc sit periculū mortis spūalis vl' tpalis:vt qñ sūt spectacula re pñtatiua turpitudinē: vel cuꝫ pōt recipere notabilē lesionē corporis:est mortale ꝛ multo magis in exercēte ꝛ pbēte occasionē in hmōi spectaculis: alias est veniale:nisi pp hoc aliqs ita delectat̄ ꝙ mēs ei⁹ auerteret a deo: ita videlicet ꝙ paratus eēt trāsgredi mādata dei ꝛ ecclesie vt illa aspiceret vel faceret:ꝛ hoc idē intelligo de quocunq₃ pctō qd̄ de se est veniale:q₃ p hūc modū potest effici mortale.
¶ De ingratitudine.

Ingratitudo reperit i oi pctō mortali:sed vt circūstātia aggrauās ipsū:qr vbi bō debꝫ semp fuire deo:eū offendit. Est et vnū speciale pctm̄ in quātū.s.recipiens beneficia a deo vel ab hoie:ea non recognoscit:ꝯ cogitat:ꝛ regratiaꝫ ꝛ recōpēsat:vel ꝙ pei⁹ ē i mēte vilipendit:bñficia recepta.vel murmurat de eis:vel iniuriatur bñfactori.Cōiter āt reperitur mixtū cū aliquo genere pcti:qñqꝫ mortali qñqꝫ vēiali.

¶ De scandalo.

De scādalo ꝙ qñqꝫ nō ē peccatū spāle:sꝫ circūstātia aggrauās pctm̄:iquātū videlicet ex dicto vel facto alteri⁹ non recto:daꝫ alteri occasio ruine spūalis:ꝛ hoc ē scādalū:ꝛ si b nō itēdat est circūstantia aggrauās pctm̄ ꝛ nō mutās spēciē:vñ ē necessaria ꝯfiteri qñ ē tale qd verisimiliter trahēs ad ruinā peccati mortalis:ꝛ ꝑcipue cū hoc sequiꝫ Tho.Ra se.q.xxxiij.Si āt hoc itēdat s.ducere aliquē ex dicto vꝉ facto suo ad aliquam ruinā: est mortale ꝛ spāle pctm̄: si intēdat iducere ad mortale:alias veniale.De hoc vide in. ij.p̄te.summe ti.vij.c.iiij.

¶ De adulatione.

Adulatio q̄ cōiter est scādalizatiua ꝛ ꝯsistit i b ꝙ qs verbis vel factis suis iordinate q̄rit placere alijs ad beniuolētiam captādā.Et si i malo adulat⁹ ē criminali:puta laudās aliquē de vidicta facta:vꝉ turpitudine ꝛ hmōi est mortale ¶ Si adulatꝰ vꝉ laudat aliquē itēdēs eū decipere notabilr in tēporalib⁹ vel spūalib⁹ ē mortale.Sec⁹ si aliqd iniustū itēdit ab eo hēre vel qd paruū recipere p modū doni vt histriones. ¶ Si nimis laudauit aliquē ex quo ille sūpsit occasionē supbie.vel inanisgloie:cōiter ē veniale:pōt eē aliquādo mortale. ¶ Si vero laudauit aliquē ad excitāduꝫ eum magis ad virtutē.vel :ad cōfortādū eū i tribulationib⁹:ꝛ tētationibus ꝛ obseruatis debitis circunstātijs:est virtuosum ꝛ meritoriū:alias veniale.

¶ De blasphemia in spirituꝫ sanctum.

De blasphemia i spiritū sanctū q̄ pcedit ex malicia:videlicet iquātū qs cōtēnit vꝉ refugit ea cogitare mēti occurrentia: p que possꝫ retrahi a pctō ꝛ habet sex spēs.s. Presum-

ptio: Desperatio: Inuidētia
frne grē: Impugnatio virtu
tis agnite. Obstinatio. Impe
nitētia. De his vero iterrogā
dū est ,put videt: cōiter: nō
reperitur nisi in multum sce-
leratis. ¶ Presumptio autē
dicit hic: cū quis presumit de
dei misericordia existimās ꝙ
parcat sibi ab bñplacitū suū
vel ꝙ saluet eū perseuerantē
in pctō. ¶ Desperatio aūt cū
credit deū nō posse nec velle
sibi parcere: ēt penitēti vel vo
lenti saluari. ¶ Impugnatio
veritatis agnite dicit: cū quis
ꝯdicit veritati fidei quā no-
uit. ¶ Inuidentia frne gratie
est: cū dolet quis de grā dei ꝛ
gloria crescēte in hominib⁹.
¶ Obstinatio: ꝯfirmat volun
tatem suā in pctis cōmissis.
¶ Impenitētia aūt dicit cuꝫ
quis ,ponit firmiter etiā in
futurum non penitere.

¶ De scismate.

Hoc peccatuꝫ cōmittit cum
qs recedit ab obediētia Ro-
mane ecclesie sumēs sibi ali-
ud caput: vel sequēs aliquem
canonice nō electū: ꝛ semper
est mortale ꝛ excōicatio ꝯtra
tales: nisi forte cuꝫ essent duo
quoꝝ quilibet hētur pro sum
mo pōtifice a suis sequacib⁹:
ꝛ nescitur clare qs sit canoni
ce elect⁹. In hoc. n. videnē po
puli excusari si nō sunt perti-
naces sꝫ parati illi adherere
quem sciēt vere esse electum
canonice. ¶ Si initiē ordina-
tionib⁹ vel alienationib⁹ factis
a scismaticis excōicatus est.
Extra de scisma. c. i.

¶ De infidelitate paganoꝝ
ꝛ hereticorum.

De infidelitate paganoꝝ: he-
reticoꝝ. vel iudeoꝝ: quoꝝ qḋ-
libet est grauissimū peccatū:
ducens ad dānationē. Non
opꝫ hic dicere inter hos. So
li. n. heretici sunt excōicati: sꝫ
ꝛ cū alijs ꝓcipue iudeis non
debet hēri domestica ꝯuersa
tio: ꝛ precipue idiote. Potes
circa hmōi iterrogare ,put ti
bi vī. s. si habuit aliqḋ dubiū
in hiſ qui sunt fidei: videlꝫ de
sacro altaris ꝛ hmōi. Et si ḋ
ḃ hēt displicentiam: nō est cu
randū. Si autē voluntarie ꝛ
sponte dubitat: esset mortale.
Hereticus quidē est excōica
tus: ꝛ nō pōt absolui citra se-
dem apostolicā: vt pꝫ in ,pces
su curie. Itē receptor: credēs:
vel fautor hereticoꝝ: est excōi
cat⁹: ex̄ de: here. c. qcūqꝫ li. vi.

¶ Incipit tertia et vltima ps interrogatorij: in qua tractat de modo interrogādi status diuersarum personarū: et habet. xvij. capitula.

¶ De ꝯiugatis capl'm primū.

Nunc vero formā de sunt interrogationes ptinētes nō ad oēs sed solum ad quosdā status hoium. Et primo ad ꝯiugatos: Interrogandi sunt nō oēs de oibus: sed pro vt videt. ¶ Si de facto ꝯtrexerūt in aliquo casu ꝓhibito: mortale est q ꝯtra ꝓhibitionem: nisi ignorātia facti probabilis eos excusaret. Sz est sciēdū q sunt qdā impedimēta que ipediūt matrimonium ꝯtrahendū: et dirimunt iam ꝯtractum q nullum est: qd itelligendū est qn dicta ipedimēta prius iter eos inueniūt q̄ sit ꝯtractū matrimoniū: et ea cōtinent in istis versibus. ¶ Error: ꝯditio: votū: cognatio: crimē. Cultus disparitas: vis: ordo: ligamen: honestas. Si sis affinis si forte coire nequibis Nec associāda vetant cōnubia scā retractāt. ¶ Pro horuz aliquali breuissima declaratione. nō q error intelligit de persona nō de fortuna vel bonitate: cuz. s. quis ꝯhit cum Berta credēs esse Catherinā cum qua. s. intēdebat ꝯhere. ¶ Conditio intelligit de ꝯditione seruili. s. cū quis ꝯhit cū serua credens eā esse liberaz. Nam si liber ꝯhit sciēter cū serua tenet matrimoniū: et similiter si ꝯhit buus cū libera credens esse seruā. Idē videt si seruus cū sua. licet credere tur esse libera. ¶ Votū. s. solēne per ꝓfessionē tacitā vel expressaz alicui religioni approbate: talis etiā esset excōicat⁹. ¶ Cognatio que est triplex. s. naturalis: spiritualis et legalis Naturalis dicit ꝯsanguinitas: et hec hēt tres lineas. s. ascēdētiū: vt pr̄ et auus et hmōi descendentiū vt filii⁹ nepos et hmōi: collateraliū. vt frēs sorores et hmōi: et hēt q̄libet linea q̄ttuor grad⁹ et exclusiue ꝑcipue collaterales. Nā iter ascendētes et descēdentes vr̄ esse ꝑpetua ꝓhibitio. Hic est etiam excōicatio. ¶ Cognatio spūalis hz etiā tres gradus: et ꝯhit in baptismo et ꝯfirmatione. Primū⁹ est iter tenētē ad baptismū vel ꝯfirmationē et eam personā que tenet que

k

dicitur paternitas vel filiatio. Secūdus est inter patrē et matrē carnalem ei⁹ qui tenet et eū qui tenet cu3 vxore ei⁹: et dicitur cōpaternitas. Tertius est inter filios nāles eius qui tenet: et illā que tenet: et dicitur fraternitas. ¶ Cognatio tertia .s. legalis q̄ fit per adoptionē: hēt tres lineas vel gradus. Primus est iter ip̄m adoptantē et filiā quā adoptauit: ac et̄ filiā ipsius adoptati. Secūdus est inter vxorem adoptantis: et ip̄m adoptatū: ac etiā vxorē adoptati: et ip̄m adoptantē. Terti⁹ est inter filios nāles et legitimos adoptātis: et ip̄m adoptatū: et hoc tm̄ cum ipsi filij sunt in potestate patris. ¶ Crimē. Istud qd̄ hēt dirimere ɔ̄ctum et impedire ɔ̄hēdo: intelligitur tm̄ de duob⁹ criminibus. ¶ Primum est q̄ cū mulier machinatur cū effectu in mortē vxoris alteri⁹: vt hēat illum in virum. vel ecōtra. vir in morte3 alterius viri vt hēat illam in vxorē etc. ¶ Secūdū: cū quis dat fide3 alicui ɔiugate ducere eam in vxorē post viri sui morte3: et cum ista ꝓmissione sequitur adulteriū. ¶ Cultus disparitas: vt si fidelis cōtrahat cū iudea vel pagana permanēte in infidelitate. Secus si ɔtraheret cū heretica: nam tunc tenet: s3 cohabitare non debēt si esset ei piculu3 incurrendi in heresim: et peccauit mortaliter ɔtrahēs cum tali. ¶ Vis: violētia .s. absoluta impedit et dirimit: et sic̄ violētia per metū qui pōt cadere incōstantē virū. et ɔtinetur in hoc versu. ¶ Stupri: atq3 stat⁹ verberis atq3 necis: nisi postea de inuito efficiat̄ voluntari⁹. ¶ Ordo intelligit̄ de ordine sacro .i. subdiaconatu et supra: et talis ɔ̄hens esset excōicat⁹. Greci in sacris: vti pn̄t ɔtracto. s3 nō possunt ɔ̄here. ¶ Ligamen .i. si sit alteri ligat⁹ per ɔiugiu3: et̄ per verba de pn̄ti nondū ɔsumatū: nā talis nullo mō pōt alteri m̄rimonialr̄ copulari: nisi ille cū quo ɔ̄trērat ꝓfiteat̄ in aliqua religiōe. Et si recederet vnus ɔiugu3: ita q̄ per multos ānos alter nihil audiret de eo: nō licet alteri ɔ̄here. nisi sciret de morte ei⁹. ¶ Honesta s .i. publice honestatis iustitia que orit̄ ex sponsalib⁹ ɔ̄ctis cū aliqua: cū qua postea nō sequitur matri

monium propter mortē vel aliam cām. Nā cū nulla con sanguinea illi⁹ vsqz ad quartum gradū ɔhere pōt. ¶ Affinitas: est ꝓpinquitas que ɔbitur per eū qui durit vrorē: ⁊ oēs ɔsanguineos vroris vsqz ad quartū gradū: ⁊ vrorē ipsam ⁊ oēs ɔsanguineos viri ei⁹ vsqz ad quartū gradum nec illa mulier pōt ɔhere cū aliquo. ¶ Et nota q affinitas ɔtrahitur etiā per fornicariū coitū: ita q ille qui fornicatur cum aliqua nō pōt ɔhere matrimoniū cū ɔsanguinea alīqua ei⁹ vsqz ad quartū gradū neqz illa mulier pōt ɔhere cū aliquo ɔsanguineo fornicātis cum ipsa: vsqz ad quartū gradū: ⁊ sciēter ɔhens in hmōi gradib⁹ affinitatis ex ercōicatus. Itē nota sicut dixit Pe. de pal. super⁹ fol. xv. in prima colū. q incestus qui cōmittit a pueris nō hn̄tibus vsū rationis: nō est de refuatis episcopis. nec pp h tollitur virginitas nec causatur affinitas. Hec ille in. iiij. di. xxxiij. q. ij. ar. i. ɔclone. ij. ¶ Si forte coire neqbis. ¶ In potētia exercendi actū ɔiugalem que pōt ɔuenire: vel ex frigiditate naturali: vel ex maleficio vel in dispositione mēbri genitalis viri: vel mulieris. De his oībus ipedimētis habes plene in. iij. pte sum. ti. j. c. ij. ¶ Sed nota q nō ops nec expedit interrogare oēs ɔiugatos sigillatim de his impedimētis: sz de illis tantū de quib⁹ possit ꝓsumptio hēri: ⁊ precipue de ipedimēto eris: vl cognatōis vel publice honestatis: sz multomagis de affinitate. ¶ Si tū qs cognosceret ɔsanguineam ei⁹ cū qua iā ɔtrit per verba de pn̄ti ⁊ multomagis si iā ɔsumauit matrimoniū: mr̄imoniū quidē tale nō diuidit: sed amittit ius petēdi debitū: ita qd petere nō potest absqz mortali pctō. Tenet tū reddere exactus. Idem de muliere que pmittit se cognosci a cōsanguineo viri sui. ¶ Si vero anq̄ ɔtrit per verba de pn̄ti cū aliq̄ cognouit ɔsanguineā ei⁹ ita q semē emisit itra claustra pudoris: nō pōt hēre illā ⁊ si iā ɔsumasset cū illa. nō tenet mr̄imoniū: nec in hoc potest dispensari cū illa nisi per papam. Unde ante dispēsationē sēp peccat mortaliter exigēs ⁊ reddēs debitū sciēs

dictum impedimentū. Alter vero coniugū nesciens excusat de pctō ex ignorātia facti probabilis. De his et oib⁹ alijs qñ casus occurrit: vide pleni⁹ in summis. ¶ Si contrxit matrimoniū cládestine: qz mortale est. ppter phibitionē ecclesie. ¶ Si habēs votū simplex cōtinētie contrxit matrimoniū: peccauit mortaliter: nisi sit dispēsatus a papa pri⁹: et tenet adimplere votū vsqz ad consumationē matrimonij. Naz ipso consumato impotēs fit ad implenduz: et exactus oino tenet reddere expsse vel interptatiue petēti: sz exigere nō pōt sine dispēsatione: aliter peccat mortaliter. ¶ Si contrxit cuz aliqua: vel mulier cū aliquo per verba de futuro: et post matrimoniū cuz aliqua contrxit vel de futuro vel de psenti: mortaliter peccauit pp fractā fidē: nisi de cōi consensu mutuo se absoluerint: qđ fieri dz per iudicium ecclesie. Vel nisi aliqs septem casuū supuenerit: qb⁹ solui pñt spōsalia quos habet in summis: videlz i. iij. p. sum. ti. j. c. xviij. in. iiij. colū. Diffusius in summa. Hosti. ti. iiij. de spo. et ma. vij. colū. ¶ Si post matrimonium contractum per verba de presenti: contrxit cū aliqua mortaliter peccauit: nec tenet matrimoniū etiā si essz consumatum: et filios genuisset: sed opz redire ad primuz nisi ille cū quo pus contractum est ingressus esset religionē ibidez professus: vel nisi cuz eo papa dispēsasset in scdo: in quo tñ sm theologos dispēsare non pōt. Sed qz difficile est dispu tare de ptāte pape: si sine surreptiōe obtēta est: forsitan trāsiri pōt. ¶ Si contrxit matrimoniū: vel filios vel filias iunxit matrimonio ante etatē legitimam: qz phibitū est. ¶ Etas autē legitima sm iura. est in duodecimo āno si est femina in qrtodecimo si est masculus s. ad contrhēdū per verba de presenti. et ad consumandū matrimoniū. ¶ Si consumauit mrīmoniū ante bñdictionē nuptiarū: est mortale: vbi. s. consuetuz est bñdici nuptias: quia contra prohibitionez ecclesie. Et hic aduertēdū est qđuis spōsi nō consumēt matrimoniū cū sponsis añ bñdictionez: in multis tñ locis multas turpitudines et corruptelas faciūt cū eis: illas visitādo: vñ interrogādus

est de his vbi ista reperiunt. De hoc vide.p.de pal. in.iiij. di.xxxij.q.i.ar.iiij.in.ij.iij.z.iiij. ɔclusiōe. ¶ Si celebrauit nuptias tpe ꝓhibito ab eccl'a:qꝛ mortale est. ¶ Tēpora āt prohibita sunt ista.s.ab aduētu vsqꝫ ad epiphaniā:z a septuagesima vsqꝫ ad octauā pasche: z a trib⁹ diebus añ ascēsionē vsqꝫ ad octauā pēt. exclusiue.

¶ De actu coniugali z peccatis cōmissis in eodem.

Sciendū est ꝙ in actu hoc ɔiugali aliqua sunt vbi ē dubiū vtrū sint mortalia an venialia. Aliqua vero sunt que sunt manifeste mortalia. Aliqua in qb⁹ est veniale. Aliqua in quibus nullū peccatuꝫ est. ¶ Primo quidē mortale est: si exerceat talis actus eꝰ vas debitū. vel etiā si intra vas debitū:tñ nō suscipit semē ad euitandū generationē. ¶ Si ex tactib⁹ impudicis eꝰ actuꝫ matrimonij sequit pollutio in altero ipsorū. ¶ Si exercēs actū ɔiugalem:hēt appetitū deliberatuꝫ ad aliā. ¶ Si se hēt ad eaꝫ ita inordinato affectu in actu cōiugali:ꝙ si nō esset vxor eius etiā opus carnale ageret cū il la vel alia. Difficile tñ est hoc discernere z cognoscer. ¶ Si alter alteri oino exigēti denegat dbitū sine cā legitima:ꝑꝑ qꝺ exigēs incurrit incōtinentiā vel graue scandalū. Esset aūt cā legitima: si notabiliter timeret notabile nocumentū persone:vel ɔiugis:vl' prolis in vtero:vl' qꝛ ex adulterio cōmisso ꝑdidit ius petēdi debitum:vel ēt si in loco sacro peteret:qꝛ sic locus violaret. vel etiā in publico:qꝛ ɔtra debitam honestatē. Nō est aūt legitima cā oino denegādi debitū petēti in die ieiunioꝝ vel festoꝝ solēniū:vel ira quā hābent ad inuiceꝫ per paꝝ tēp⁹. ¶ Dubiū de mortali qñ qdē seruat vas debitū sꝫ modus indebit⁹:puta si lateraliter:vl' a parte posteriori accedat ad vas debitū: vel mulier supergrediat viꝝ:in quib⁹ modis:z precipue in vltimo. aliq dicūt esse mortale vide Pe. de pal. di.xxxi.q.iij.ar.ij.ɔclusione.v. Alij vero vt Tho.z Alber. dicūt ꝙ nō est mortale de se:sed pōt esse signū mortalis ɔcupiscētie:nec per hoc impedit generatio z si nō ita apte ꝑcuret:vñ in hmōi.noli ꝑcipitare

sententiam: nec denegare ab solutionē pseueranti in hmōi sed detesteris & phibeas quātum potes. Quādo vero hoc etiā fieret pmo & scdo modo pptcr periculū abortus: forte tūc esset sine pctō. ¶ Dubiū etiā de mortali est tēpore menstruoꝝ: & pcipue in exigēte sciēte talem defectū: quem quidā ponūt esse mortale: pcipue qn nō est quasi ptinuus sꝫ psuetus vt mensatim. Alij dicunt ptiū: vt Pe. de pal. & hec opinio est cōior: vnde nec pptcr hoc deneges absolutionē sꝫ phibeas qꝫtum potes de exactione: & exactū admoneas: vt nō assentiat exigenti. nisi ex hoc timeat de eiꝰ incōtinentia. ¶ Dubiū est etiā de exigēte debitū a cōiuge permanēte in adulterio: siue occulto: siue manifesto qd ipse nouit. Hoc quidaꝫ dicūt esse mortale in exigēte: qꝛ facit cōtra pstitutionē ecclesie: vt no. xxxij. q. i. c. Si qs vxorē: & hoc firmat in summa pisana. Sꝫ in summa pfessoꝝ & archidiaconus in rosario: mitigāt hūc rigorem excipiētes casum: vꝫ hoc cū faceret exigēs: ad pui dendū incōtinentie sue. Sed Pe. de pal. multomagis mitigat hunc rigorē: vt cū nō spe ratur emēdatio ex hoc pmanentis in adulterio: sꝫ potius deterioratio: nō peccat exigēs saltē mortaliter. ¶ Veniale autē est cum exigit actus piugalis: & si debito suato vase & modo: tñ pncipaliter intētione delectatiōis psequēde: ita tñ qꝫ sistat intētio infra limites matrimonij. ¶ Si exerceatur actus piugalis pptcr sanitatē corporalē: pctm est: qꝛ nō ad hunc finē ordinatū est. Veniale tñ puto eē peccatū. ¶ In solēnitatibus & ieiunijs exigere debitū aliqua infirmitate. s. pcupiscentie ductꝰ: sine contēptu tñ sacri tpis. vel ecclesiastice exhortationis: veniale est sꝫ Tho. in. iiij. di. xxxij. ar. v. q. iij. o. & Ray. sꝫ reddens nō peccat: cū timet de incōtinentia vel scādalo coniugis. Peccaret autē: si negaret oīno. ¶ In tēpore vero pregnatiōis exigere. veniale est: si tñ nō est periculū abortus. Reddere vero nullū peccatū est. ¶ Ante purificationem post partū exigere: suatis alijs circunstantijs: nō videt mortale sm Guil. Reddere vero nō

voluntarie: nullum. Exigere etiã vel reddere debitũ añ ingressuz ecclesie post partũ: de se non videtur peccatũ: z põt mulieres itrare ecclesiã ante quadragesimũ diẽ absqz peccato: in quo tñ est seruãda cõsuetudo patrie. ¶ Actus ipudici qui ibi exercetur: nõ ptinentes ad opus: sz ad delectationẽ exercẽtis: vt tactus z oscula: z hmõi iordinate: cõiter sunt venialia: qͥuis ibi posset esse tanta actuũ inordinatio: qͥ posset esse peccatũ mortale

Sine pctõ autez exercetur actus cõiugalis: cuz fit cã prolis suscipiende: vel ẽt cum fit causa reddẽdi debitũ: fuatis tñ alijs debitis circũstantijs. Debet tñ exactus oino reddere: z pcipue vir vxori nõ soluz expresse: sz ẽt per signa petẽti: nec vir debet vxorẽ auertere ne petat: pp̄ter piculuz. ¶ Fit etiã tertiõ modo frñ aliquos sine pctõ. s. cũ fit cã vitãde fornicatiõis i se vl' in cõiuge sua.

¶ Interrogationes fiẽde circa statum matrimonij.

Irca predicta sic põt
c fieri interrogationes.

Et primo si vsus est matrimonio erḡ vas debituz. ¶ Si aliquid fecit ad euitãdũ plem. ¶ Si mõ idebito: sz in vase debito: z quõ. ¶ Si vtẽdo mr̄imonio hũit intẽtionez ad aliã. ¶ Si tpe mẽstruoruz exegit: vl' reddidit. ¶ Si in diebꝰ festoꝝ vel ieiunioꝝ. ¶ Si tpe pgnationis: precipue ppe partũ: vel añ purgationẽ post partũ. ¶ Si exegit: vel reddidit a pmanente in adulterio. ¶ Si pncipaliter cã delectationis: aut alia: z qua cã z circa hmõi iudicãdũ ẽ de pctõ mõtali: vl' veniali iuxta pdicta: vt pz in sũmis. ¶ Si oino negauit dbitũ petẽti. ¶ Si ex actꝰ cõiugij per tactꝰ secuta est pollutio in altero ipsoꝝ. ¶ Si excõicatꝰ aliquo viculo cõtrit matrimoniũ. s. excõicatiõe maiori: peccauit mortaliter z precipue qñ sciuit: z hoc: qz pticipauit i diuinis. s. sacramẽto matrimonij. Idẽ videt de minori excõmunicatione: si eaz nouit: qz separat a susceptiõe sacramẽtoꝝ: z matrimoniũ est vnum ex sacramẽtis ecclesie. ¶ Si cxñs in pctõ mortali cõtraxit mr̄imoniũ: videt mortale. qz sacramentũ suscipit in mortali scienter: precipue vero videtur mortale cõtrahẽdo

sm Tho.in.iiij.di.ix.ar.iiij.q.ij.ad.ij. Ite Pe.de pal.in.iiij di.ix.q.iij.ar.j.vel. sm eundez Pe.de pal. qñ sic in ɔtritus accedit ad celebrãdũ. Venia le aũt si ex cã vbi fuit veniale nisi subsit necessitas. ❡ Si au diuit ɔfessionẽ alicui⁹ nõ habens auctoritatez ab aliquo. ❡ Si absoluit a casib⁹ a quibus nõ potuit: vt a reseruatis siue ex certa scia: siue ex ignorãtia crassa. ❡ Si intromisit se de dispẽsatione votoꝝ: vel absoluit ab excõicatione maiori absqꝫ spãli commissione. ❡ Si posuit se ad audienduz ɔfessiones oino ignorãs ꝛ nesciẽs discernere inter mortale ꝛ veniale ꝛ cõia mortalia: ẽ mortale. ❡ Si absoluit quẽ inuenit excõicatũ maiori: ꝛ a peccatis: qꝛ nõ põt. ❡ Si absoluit cũ qui nõ vult a peccatis discedere. vel satisfacẽ qui bus dꝫ. ❡ Si reuelauit pctm auditũ in ɔfessione: cognoscẽti ɔfessum illum: siue licẽtia il lius: in quolibꝫ pdictoꝝ videt mortale: nec excusat ignorantia. ❡ Si nimis festinauit in audiẽdo: nõ sufficienter interrogando. ❡ Si in pplexis casibus peritiores nõ cõsuluit.

❡ Si incautus in iniũgẽdis penitentijs: qꝛ vel nimis graues. vel nimis paruas dedit. ❡ Si interrogauit de his de quib⁹ nõ debuit: videlꝫ nomẽ persone cuꝫ qua peccauit: vel in icaute in turpib⁹. ❡ Si predicauit in pctõ mortali crĩs: peccauit mortaliter ꝛ totiens quotiens sic predicat Tho.in iiij. dist. xxiiij. q.i.ar.iij.q.v.o. ❡ Si pdicat aduertẽter mendacia mortale est Tho. Idez videt si scandalosa: vñ ɔcitat seditiões in populo. ❡ Si pdicauit indulgẽtias indiscretas. ❡ Si pdicauit ꝑpter pecuniam sibi ꝑmissam vel dandã: simonia est: vnde ꝛ mortale. ❡ Si pdicat ꝑpter inanẽgloriã ibi ɔstituendo finẽ: mortale est. ❡ Si pdicauit sine licẽtia. ❡ Si dixit nimis curiosa allegãdo poetas ꝛ phos frequẽter. ❡ Si fabulosa ꝛ ꝑuocantia ad risum. Si ab hmõi se nõ subtraxit cũ posset: ꝛ peccauit. Itẽ si subtraxit se a pdicando cũ posset ꝛ iniungeret ei: peccauit. ❡ Si nimis familiaris est cũ mulierib⁹ ɔuersando: visitãdo eas ex necessitatem: ꝑpter qđ multi scãdalizant: ꝛ ipse nouit: hoc posset

esse mortale. ¶ Si visitauit mōasteria:et qua de cā. ¶ Si cognouit carnaliter illā quā audiuit i ꝯfessionē:vel quā su scepit ad baptismū.vel cōfirmatiōm: vel cōmatrē qđ maximū et grauissimū est scelus: cōiter reseruatū epis. ¶ De alijs vero ihonestatibus iter roga ꝑut videbitur expedire. ¶ Si vestes sacras:calicesꝫ et tersoria et alia ptinētia ad cultū diuinū:nō tenuit munda et decēter aptata:pp magnā irreuerētiā.posset esse mortale. ¶ Si benedictionē mēse et gratiarꝫ actiones nō dixit:qđ dicere debet.xliiij.di.c. nō liceat. ¶ Si nō fuit bene modestus in aspectu ꝯspiciēdo hic inde mulieres et vana. quod multū scādalizat personas: similiter in icessu:statu:bitu:auditu et hmōi actibꝰ. ¶ Si nō obediuit mādatis iustis suorꝫ superiorꝫ et fiijs et si cōtēpsit mortale est. ¶ De alijs vero peccatis mortalibus de quibꝰ hēs supra in prima et secūda parte interrogatorij interrogandū est prout expedit secundum qualitatē psonarꝫ.

¶ De beneficiatis et canonicis. Capitulum. xij.

Beneficiati et canonici. b de oibus iā dictis in c.pcedēti:ꝑnt interrogari ꝑut credi pōt ipsos in illis esse inclusos:et ēt de nota tis in hoc.c. ¶ Si beneficiū simpler siue curatū obtinuit per simoniam:cuius ipse fuit ꝯscius.nō pōt nisi per papā dispēsari ꝙ retineat. ¶ Si vero ignorāte eo siue sciente:simoniā cōmisit:talē oꝫ renunciare tali beneficio si non dispēsatꝰ:alꝰs furtiue tenet: vnde cōtinue stat talis in peccato mortali:postq̄ h sciuit: quousqꝫ renūciet:nec facit fructus suos.sꝫ tenet restituere deductis expēsis factis in vtilitatē beneficij:et hoc maxime de simōia p mūnꝰa māu. ¶ Si āt ignorāte eo:possꝫ.p aliū dispēsari nō tñ p eū cū quo cōmissa est. ¶ Sed si simonia ē notoria:ē ēt suspēsus quo ad executionē ordinū:sed dispēsari pōt per episcopū si cum eo nō est ꝯmissa simonia. Si aūt est occulta:nō est suspensus quo ad ordines:sed dū tenet tale beneficiū est suspēsus quo ad se:q: sine mortali peccato nō exequi pōt. ¶ Si recepit bñficiū simpler vel cura

tuz per preces carnales.i.pro idigno porrectas:cū eēt male vite ⁊ hmōi.vl̄ p obsequz tpa le factū epovl̄ alij ꝯferēti:pec cauit mortalr.¶ Si bn̄ficiuz curatū p p̄ces suas recepit ēt si alias dign⁹ fit:qꝛ tales p̄ces estimāt̄ p idigno.tāq̄ꝫ ambiti oso ⁊ p̄sumptuoso:cōmisit si moniā : vnde mortale est ſm Tho.ſa ſc.q.centesima ar.v. ad tertiū forte tn̄ nō tenet̄ re nunciare. Pro bn̄ficio autez simplici licet porrigere p̄ces pro se:si alias est dignus : vel etiā pro bn̄ficio in generali ⁊ hoc intēdens ad sui sustenta tionē nō ad curaz:nec magis curatū petens q̄ꝫ aliud.¶ Si querit vel hēt bn̄ficiuz nō in tendēs clericari ſꝫ vxorari: et intēdens gaudere de fructib⁹ bn̄ficij:videt̄ vsurpatio rex ec clesiaꝝ ⁊ ꝯtra intētionē dotā tiū ecclesias:⁊ ideo graue pec catū est.¶ Si nō fuit electus a patronis:vl̄ a collegio:⁊ cō firmat⁹ per superiorē ad quē spectat:siue per epm̄ institut⁹ sed de mādato vel manu dn̄i tpalis.vel per potentiā acce pit.⁊ dicit̄ intrusus: qꝛ fur est ⁊ latro:nec pōt aliqd dispone re in tpalibus vel sp̄ūalib⁹:vn̄ nec absoluere nec sacra p̄t da re parrochianis illi⁹ ecclesie: ſꝫ in quolibet hmōi actu:pec cat mortaliter.¶ Si renūcia uit alicui beneficio qd̄ hēt:eo pacto q̄ det ꝯsanguineo: vel propter pecuniaꝫ sibi pp̄ hoc datam:simonia est.⁊ mortale in vtroqꝫ:nec pōt ipse sibi re tinet̄ tale bn̄ficiū sic sibi colla tū.¶ Si pmutationē sui bn̄fi cij vl̄ eccl̄e fecit: cū bn̄ficio al teri⁹. ꝯuenīēdo iter se: absqꝫ iudicio supiorū ad quos spe ctat collatio bn̄ficiorꝫ: simōia reputat̄.De his.vide pleni⁹ i ij.pte sum.ti.i.c.iiij.⁊.v.¶ Si recipit bn̄ficiū ex̄ns illegitim⁹ absqꝫ dispēsatione:qꝛ ꝯ iura: iō tenere nō pōt Pōt:aūt cū eo dispēsare de simplici bn̄fi cio eps. De curato.vero vel dignitate solus papa.¶ Si fu it electus per simoniā:qꝛ non valet electio:vel si ipse aliquē elegit per simoniā:vel ad ep̄a tuꝫ:vel canonicatū:vel ad ali am ecclesiā: vt clerici collegia taꝝ ecclesiaꝝ:vel si alias indi gnū:ignorantē ⁊ publice ma lum elegit ad platurā ex ami citia ⁊ hmōi:mortale ⁊ grauis simuꝫ est ⁊ omnia mala que sequūt̄ ei imputant̄.¶ Si ma

le tractauit bñficiũ seu ecclesiam:pmittẽs ecclesiã vel edificia ruere:vel possessiones incultiuari: ꝛ alias res deperire mortaliter peccauit:ꝛ tenetur ad restitutionẽ: seu satisfactionem si cõmittit notabilẽ negligentiã.ꝛ dãnũ sit notabile. ¶ Si fructus bñficij nõ bene expendit videlꝫ vltra subuẽtionem suã subueniẽdo pauperibꝰ. sꝫ dilapidauit in ꝯuiuijs ꝛ turpibus: vel ẽt dedit ꝯsanguineis nõ indigẽtibꝰ mortale est. Secus si ꝯsanguinei indigent:qꝛ tũc potest dari eis. ¶ Si plura bñficia habentia curã tenet absqꝫ dispẽsatiõe: fur est ꝛ latro. Nã bñs bñficium cũ cura: si recipit ſm cuꝫ cura:ipso iure vacat primũ.c. De multa.extra de pbẽ. ꝛ hoc postq̃ꝫ habuit pacificã possessionem scõi:vel hẽre potuit ꝛ fructꝰeius pcepit:alias nõ vacat primũ videlꝫ si fructꝰ scõi bñficij ꝯcedũtur alteri per papam:pro illo tpe nõ vacat primũ:ex̃ de pben.ii.vi.c. Si tibi ꝯcesso. ¶ Si bñs pbẽdã habentẽ dignitatẽ:ꝛ si nõ curaꝫ animaꝝ:si recipit secundã:similiter vacat pma.ex̃ de preben.c.de multa: ꝛ in isto casu ꝛ in priori tenet ad restitutionẽ fructuũ:si recipit. ¶ Si habens beneficium vnũ:violenter occupat scdm:vel si sciẽter intendit retinere similiter pdit primũ ꝛ si aliqd hẽbat ius in scdo:ẽt perdit ꝛ vacat illud secundũ:de pben.c.cum qui.li.vj. Item nõ põt quis hẽre dignitatẽ cũ prebẽda absqꝫ dispensatione pape. ¶ Quicũqꝫ recipit psonatũ:vel dignitatẽ vel officiũ: vel bñficiu cui cura aiaꝝ sit annexa: si ante obtinebat simile:cũ sit priuatus primo vt dictum est:si nõ dimittit primuꝫ absqꝫ mora in manꝰ ordinarij in cuiꝰ cpatu est:ipso iure est etiã priuatus scdo: ꝛ est ihabilis ad sacros ordines ꝛ ad qdcunqꝫ aliud beneficiũ:per extrauagantem Joãnis.xxij. ¶ Itẽ absqꝫ dispensatione.nõ pt quis tenere plures ecclesias vel pbendas. que tamen non habeant curam animaruꝫ nisi in quinqꝫ casibus. ¶ Primus quando sunt ita tenues q neutra illaruꝫ sufficiũt ad sustentationẽ. ¶ Secundus si vna depẽdet ab altera. ¶ Tertius propter raritatẽ clericoꝝ. ¶ Quartus si ecclesia est annexa prebẽde

vel dignitati. ¶ Quintus si habet vnã intitulatã ⁊ aliam cõmendatã. Sed talis cõmẽda de parrochiali ecclesia fieri non põt: nisi ei qui attingerit vigesimũ quintũ annuʒ ⁊ sit sacerdos. ⁊ tali nõ põt cõmitti nisi vna ⁊ ex euidẽti necessitate vel vtilitate: ⁊ nõ durat nisi per sex menses: extra de elec. c. nemo li. vj. ¶ Si habet plures ecclesias vel prebẽdas habentes curaʒ animaꝝ absqʒ dispensatione pape: fur est ⁊ latro: ⁊ ꝯtinue in morta li: nec eps põt dispensare in hoc. ¶ Si ẽt habet ꝑ dispensationẽ pape sed surrepticie: puta q꞉ petẽdo vnũ: tacuit de alio qð habebat: vel dixit se habere legitimã etatẽ cũ nõ haberet ⁊ huiusmodi ideʒ iudiciũ est. ¶ Si per dispẽsationẽ epi habet plura beneficia sed simplicia: sed ad superfluitatẽ. vel etiã per dispẽsationẽ pape simplicia vel curata cũ vnũ sibi sufficeret secũdũ statũ suũ: nõ videtur tutus in cõscientia sua: q꞉ dissipatio ẽ: ⁊ nõ dispensatio. ¶ Si accepit ecclesiã ꝓchialẽ a quocũqʒ cũ non attigisset. xxv. annum absqʒ dispẽsatione pape. Citra etatẽ nulla est dispẽsatio ⁊ nullũ ibi ius hẽt. c. licet canõ. de elec. li. vj. ¶ Si infra annũ cõputandũ a die assignati sibi regiminis ecclesie nõ fecit se ad sacerdotiũ ꝓmoueri: est ipso iure priuatus. c. licet canon. Itẽ tenet̃ ꝑsonaliter residere. In residẽtia: potest tñ eps cã rationabili dispẽsare ad tps tãtũ. Sed de ꝓmotione ad sacerdotiũ infra annũ: nõ extenditur ad ecclesias collegiatas hñtes curã: nec ad assumptos ad earũ dẽ regimẽ de elec. c. statutum li. vi. Possunt ẽt epi dispẽsare cũ ipsis qui habẽt vel habebũt ecclesias parrochiales: vt vsqʒ ad septeniũ litteraruʒ studio isistẽtes. ꝓmoueri nõ teneat̃: nisi ad ordinẽ subdiaconatus: quẽ nisi infra ãnũ suscipiãt sunt ipso facto priuati tali bñficio: ⁊ medio tẽpore ꝑ vicarios illis ecclesijs ꝓuideatur. de electis lib. vj. c. cuʒ ex eo. ¶ Si habẽs quodcũqʒ beneficium simplex: ⁊ q̃tũcũqʒ paruũ nisi dicat horas omni die: peccat mortaliter õmittẽdo ex negligẽtia: ẽt si nõ sit in sacris cõstitutus. ¶ Si canonicus vel aliꝰ clericus recipit

quotidianas distributiones q̄ dant itercssentib⁹ horis cum nō iterfuerit:furtū cōmitit:& tenet ad restitutionem. ℂ Si cū nō possit p se curā exerce re ecclesie: nō posuit ibi loco sui idoneum qui bene officia ret:sed malū & ignorantē qui ex suo malo exemplo scādali zat:vt notori⁹ fornicator & lu sor & hmōi:vel qui nescit mi nistrare debite sacramēta & ɔfessiones audire:peccat mor taliter:quoniā oīa mala que sequūtur ei iputāt. ℂ Si ve re nō pōt iuenire idoneū. per se exerceat:vel si nō pōt aliter ꝓuidere:renūciet. ℂ Itē non licet plato sub p̄cio vel ānuo censu ɔcedere vices suas seu iurisditionē:q2 spūale est. Ex tra ne plati vices suas.c.j.ij.& iij.videlicet si diceret cōcedo q2 exerceas vices meas vel talē iurisditionē:& totū lucrū sit tuū:& dabis inde mihi tm̄: illicitū est. Sed cōmittēdo pu re vices suas licet cōstituere ei salariū.xij. q.ij.c.charitatē tuā.videlicet dicēdo dabo ti bi:tm̄ pro salario tuo:& totum lucrū erit meū. Hec Inno cē. ℂ Si alienauit res eccle siasticas:videlicet mobilia bo na vt res sacras:vel imobi lia:vt possessiones sine necef sitate vel maiori vtilitate: vel non huata forma iuris:& hu iusmodi grauiter peccauit. ℂ Itē de exercitio cure aiar quō se hūit in audiētia cōfes sionū:in collatione aliorū sa cramētorū:in visitatione in firmor:p̄cipue ne deficiāt eis sacramēta cū expedit. In ad monitione subditor:in corre ctione vitior: p̄cipue quo ad notorios peccatores: cōcubi narios:tenētes inimicitias & hmōi. ℂ Si admonuit nō cō fitētes & nō cōicātes annua tim quātū potuit. significādo epō cū nō potuit:& hmōi. Nā oues ex negligentia p̄dite: ab eo requirētur:de quib⁹:& alijs supradictis & hmōi habes sa tis in.iij.pte summe ti.xv.c.j. ℂ Si alienos parrochianos audiuit nō habens auctorita tē specialē ipse vel ipsi:q2 nō pōt eos absoluere. ℂ Si emit aliquas res imobiles de fru ctib⁹ ecclesie:q2 tales debent remanere ecclesie: vn̄ si emit noīe alteri⁹:vt sic posset dare & legare cui vellet:fraus est & furtum.& ad restitutionē tene tur. ℂ Si indulgentias per se

dedit cum non posset: vel plures dixit hère ecclesiā suā q̄ hēbat ob questū: est mortale. ¶ Si religas nouas exhibuit populo venerādas: nō approbatas ab ecclesia. ¶ Si nimis facilis fuit ad dispensandū in ieiuniis ecclesie. ¶ Si elemosynas extorsit a pplo ⁊ a subditis ad quas nō tenebātur. ¶ Si questores dicere mēdacia in eccl'a sua permisit: ⁊ q̄d peius est si fecit pactū cū eis de quota. ¶ Si secūdas nuptias būdixit. ¶ Si pmisit christianas nutrices fuire in domo iudeorum. ¶ Si sustinuit sortilegas: ⁊ diuinatrices in sua parrochia. ¶ Si permisit ludos vel malas ɔsuetudines nō obuiando quātum potuit.

Clerici vero qui māifestis vsurariis alienigenis: aut al's nō oriundis de terris ipsorū ad fenus exercēdū domos locant: vel alio titulo ɔcedūt: ipso facto sunt excōmunicati nisi sint epi: de vsuris. c. vsuraꝝ li. vi. ¶ Clerici: archidiaconi: plebani: decani: ppositi: cantores: ⁊ alii clerici psonatū habētes: ac etiā sacerdotes qui audiūt in scolis leges vel physicam: post duos mēses si nō dimittūt hmōi lectiones sunt excōicati. c. Super specula. ex̄ ne cle. vel mo. ¶ Clerici ⁊ religiosi qui inducūt aliquem ad vouendū: vel iurādū: vel fide interposita seu alias pmittēdum: vt sepulturas apud eos eligant: vel iā electā nō mutēt: sunt excōicati: nec pñt absolui nisi per papā: nisi i mortis articulo. in cle. c. cupiētes de penis. Itē de scpul. li. vi. c. j. ¶ Clerici qui sciēter ⁊ spōte participauerūt cū excōicatis a pāpa: ⁊ ipos in officiis recceperunt sunt excōicati: ⁊ absolutio pape reseruat. c. significauit. ex̄ de sen. excō. ¶ Falsantes litteras pape: vel falsis scienter vtētes. vel remouentes etiā vnā litterā de bullis pape: sunt excōicati. ⁊ absolutio pape reseruat. ¶ Clerici sepelientes in ecclesiis vel cimiteriis coꝝ excōicatos a iure: vel vsurarios manifestos: vel nominatim iterdictos tpe interdicti in casib⁹ nō ɔcessis: sunt excōicati. in cle. de sepultu. c. i. Eos: Hec vide i. iij. pte sum. ti. xxv. c. xxxiij. ¶ Sepelientes vero: se occidentes: vel in torniamentis moriētes ⁊ hmōi: peccāt mortaliter: nec tamen

sunt excommunicati.

¶ De religiosis. Capitulum .xiij.

Circa religiosos et religiosas. Si sunt clerici vel ordinati interrogari possunt de his de quibus supra dictum est in .c. de clericis in communi prout erit expediens. Si vero sunt beneficiati in ecclesijs curatis: de his habes in .c. precedenti. Sed etiam ultra predicta: et de infrascriptis que sunt propria eorum. dicendum est et primo. ¶ Si fuit receptus ad monasterium per simoniam mortale est. Si vero fuit simonia mentalis tantum penitentia abolet. Si vero pactionalis quia scilicet monasterium exegit tantum: alias nolebat eum recipere: et ingrediens vel propinqui eius tantum dederunt vel minus pro ipso ingressu: nisi forte cum monasterium est ita tenue quod non sufficit illi providere nam tunc oblatis spiritualibus gratis. id est ingressu: licet petere et pacisci de temporalibus de quibus debeat vivere. vel dicere illi: porta tecum si vis comedere mecum secundum Hostiensem et aliquos alios. Secus si monasterium est pingue et potest illi providere: non potest fieri aliqua pactio vel exactio absque vitio simonie: tunc ultra peccatum recipiens: vel receptus: vel recepta: debent expelli de illo monasterio. Extra de simonia .c. quoniam. Potest tamen episcopus in huiusmodi dispensare. scilicet ut non expellantur de monasterio. Ray. et Bul. Precipue reperiuntur talis simonia in monialibus ubi quasi terrarum. Non sic vero est de viris religiosis. ¶ Si ingressus est religionem non pura intentione. scilicet fugiendi deo: sed alia de causa: videlicet non laborandi: vel si est monialis quia non potuit nubere: et quia posuerunt parentes ipsam invitam licet malefecerint tamen potest et debet mutare intentionem. scilicet ut ibi manere velit ad serviendum deo et sic erit in bono statu: alias erit in mortali. Sed si reperit se in monasterio dissoluto non vivente regulariter: querat si potest mutare locum cum dispensatione si indiget: quod tamen in monialibus erit difficile: quod si non potest: non sequatur turbam. id est alios vel alias in malum: sed servet ipsa ordinem suum: si ad bonum non potest reducere alios vel alias. ¶ Si ingrediens monasterium reticuit impedimenta que habebat ad illud scienter: videlicet quia erat servus. vel habebat occultam infirmitatem:

vel alterius religionis profes sus: coniugatus: debitor in multis: et huiusmodi peccauit mortaliter: precipue si sciebat tale impedimentum et per illud non posse recipi ad religionem vel de his interrogatus mendacium dixit: et potest et debet de monasterio expelli si aliter prouidere non potest. ¶ Si habet votum religionis artioris: antequam intret largiorem primus debet querere dispensationem si etiam esset bona: et multo fortius post professionem in vna religione non potest ad aliam transire equalem vel largiorem: et de mendicante ordine ad mendicantem: vel de mendicantibus ad monachalem transire non potest sine dispensatione pape: nisi ad carthusienses. ¶ Si induxit aliquem ad religionem per simoniam vel per fraudes: puta asserendo ibi obseruari regulam: quod non fit: vel dicendo se ad nihil obligari: et reticendo austeritates religionis quas ille non intendit subire et huiusmodi: peccauit mortaliter. ¶ De his qui etiam volentes ingredi religionem aliquam in qua beneviuitur auertunt: vt trahat aquam ad suum molendinum: infamantes illos et cetera imponentes: fuge autem vsque ad tertium celum extollentes: non euadere damnationem certum est: quia contra charitatem agunt: contra iustitiam et contra sacram scripturam.

¶ De voto paupertatis.

Si in religione existens obseruauit paupertatis votum nihil retinens vel retinere deliberans: quia est mortale proprium habere et toties quoties illud proponit. ¶ Dicitur autem proprium quod celatur superiori suo: vt si habeat et teneat pecuniam vel vestem nesciente prelato: vel si sciat: tamen contra voluntatem eius et absque licentia: vel de licentia eius et voluntate: tamen non paratus sibi tradere ad petitionem eius: sed recusare si posset de facto: et multo peius si non solum mobilia sed etiam de immobilibus vt redditus et possessiones retinet vt propria: dans: vendens: et dissipans vt placet. nec prelatus potest dare licentiam sic retinendi: nec papa potest in proprio dispensare. extra de statu monachorum. c. cum ad monasterium. ¶ Si dedit bona monasterij sine consensu: absque superioris licentia habita. vel presumpta. ¶ Si aliquid occulte recepit vel tenet: mortale est et proprietas. ¶ Si reperiens se in loco

vbi non viuitur in communi propter qd' opz eu sibi puide ri de necessariis.hz aliqua ve stimenta vel pecunia: z aliqd hmoi:cu bona licetia z bene placito plati:aduertat dilige ter.qz quatuor adhuc obserua re dz.¶ Primo quide vt per cum no stet quin oia velit po nere in coi:si alij vellent:z ad hoc operet quatu pot.¶ Secundo si hoc no pot:semp sit parat⁹ simpliciter ponere oia z dimittere in manib⁹ prela ti.¶ Tertio vt de hmoi ocei sis:nihil det sine licetia supe rioris sui:generaliter vel spali:et in elemosynis. nisi i extrema necessitate.¶ Quarto vt non thesaurizet nec superflua tene at:nec delitiosa qrat:nec mul tum inquerēdo solliciter: nec habeat inordinatu affectu in hmoi.z sic poterit transire: si in alijs bn se hēat. Sec⁹ agen do no religiose: sed laicaliter viuit. Sed cu pdictis: si possz locum inuenire vbi in cōmu ni viuitur:melius ei esset.

¶ De voto castitatis.

Si seruauit votu casti tatis:no solum ab oi carnali ope z ptactu venereo se abstinedo:sz et ab omni locutione turpi z ama toria:z ab oi cogitatione im muda deliberata: z delectati one morosa:qz in quolibz ho rum est mortale vt dictuz est supra circa sextu z nonu pre ceptuz. Est etia sacrilegiu qd' grauī⁹ est. Et qz ad ista deue nitur per conuersatione z fami liaritate: ideo inquirendu est si hēt domesticitatem cu ali quo si monialis:vl cu aliqua si religiosus : z si hoc reperit esse ex casuz necessitatis phi bendus est:alias no absoluē dus: qz quasi impossibile est q talis no incidat in ruinaz:di. xxxij.c.hospitiolum:z di.lxxxi. per totu. Scadala et multa z oblocutiones sequunt in po pulis z hmoi:z ideo phiben dus est z consanguineoru eti am rarus sit accessus.

¶ De voto obedientie.

Si fecit ptra votu obe dientie qd est semper mortale. Et nota q non semp qn quis agit aliqd ptra regula sua: vel transgre ditur regulaz.vel pstitutiones: facit ptra obedientia:sz qn fa cit ptra pcepta ptenta in re gula z pstitutionib⁹ suoz su perioz: vel qn aliqd transgre

ditur ex contemptu quantūcū-
qz illō sit minimū. ¶ Quādo
vero platus vł plata iniūgit
aliqd fieri. pcipiēdo vel man
dādo in virtute sancte obediē
tie vel spūs sancti vt facias
hoc vel sub pena excōicatio-
nis z hmōi: illō dicit pceptū:
cui⁹ trāsgressio ē mortale pec
catū. Idē eēt qñ plat⁹ aliqd
mādaret subdito quōcūqz lo
queret declarās sibi qp inten
dit obligare illū sub peccato
mortali ad faciēdū illud. z in
tellige si mādat qđ nō sit illi
citū: z tale. qd qp teneatur sub
ditus ei obedire. Similiter
qñ in regula vel ɔstitutioni-
bus est aliquid pceptorie mā
datū: vel sub pena excōicatio
nis: vel sub pena carceris vel
sub pena grauioris culpe: vel
per similē locutionē: cōiter cē
set obligare ad mortale. Ali-
as aūt faciēdo ɔtra cerimo-
nialia: vt frāgere silētiū: tarde
venire ad chorū. z hmōi: ē ve
niale. nisi quis faceret ex con
tēptu: qz tunc mortale. ¶ Cō
suetudo aūt q̄uis non sit ipe
cōtemptus: est tamen indu-
ctiua contemptus: z ideo ca-
ue ne assuescas alicui trans-
gressioni.

¶ De officio diuino.

I dixit horas canoni-
cas z officiū defuncto
rū qñ debet dici. Nāz
religiosus ēt si nō habet ordi
nē sacruz: tenet ex pcepto ad
officiū: pcipue si eēt pfessus:
vnde ōmittēdo aliquā horāz
peccat mortaliter z omni die
qua ommittit ex negligētia.
Nō autē ex pcepto tenet di-
cere istud: vel illud q̄uis nec
debeat ad placitū suū muta-
re officiū: sed debet dicere fz
ordinē suū. Si non fuit cum
alijs in ecclesia: z nimis tar-
dauit ad dicēdū officiū. ¶ Si
somnolēter: vel ibi dormiuit:
redicat vel aliquid loco eius
dicat. Sed si pro maiori pte
dormiuit totū reiteret. ¶ Si
ibi icōpositus fuit: z oculis va
gis. ¶ Si risit vel ridere fe-
cit vel aliquā leuitatē vel lo-
cutionē fecit nō necessariaz.
¶ Si mēte distractus: preci-
pue ēt qñ aduertit. ¶ Si ma
le legit. vel cātauit: vel inclina
uit ex negligētia: in quolibet
horū est peccatū veniale cōi-
ter. ¶ Si elegit prelatū per si
moniā: vel ēt z si nō simonia
ce: tñ indignū scienter. ¶ Si
nō illū quē iudicauit meliorē

ad officiū illud: sed alium rōne amicitie vel alia intētiōe: mundana: mortale est. ¶ Si accusauit calūniose prelatū vel sociū de aliquo criminali: vel testificatus est: vel desistit ab accusatione iniuste: vel alias infamauit platū vel sub ditū dicēdo criminalia d eis: ēt si essent vera intētione infamādi: mortale ē. ¶ Idē si secreta sui ordinis reuelauit sine cā iusta et rationabili: et quo qs teneat ad restitutionem fame in summa in secunda pte diffuse ti.ij.c.ij.§.iij. Itē ibi superius in.x.pcepto: et hic infra in tractatu de restitutione. ¶ Itē si in visitatione plato rū nō reuelauit dicenda: que sunt ꝯ honestatē religiōis: de platis et socijs: et pcipue quādo cōiter sic fuat: et sit preceptū a visitatore: vt dicāt que idigēt correctione: tūc.n. omittere aduertēter q̄ dicēda sunt: ē mortale pctm̄. Dēt tñ intelligi pceptū suato ordine sine correctiōis: vñ oio oculta d qb9 pt psumi emēdatio: dici nō debēt. Vbi āt nō sperabtur emēdatio: et psumiē recidiuatio: vl aliqd magnū scādalū: dici deb3, nō tñ accusando si sufficienter pbare nō pōt: q3 tūc grauiter peccaret: sed simpliciter denūciādo plato vt patri: si speraē q indc puidebiē. ¶ Si fec vl cooperat9 ē ad aliquā ꝯspirationē ꝯ platos. vl iuenit: aut sectat9 ē ptialitates et sectas i monasterio: aut ꝯductu aut diuisiones: q3 mortale ē: et cria mūdano rū vl demonioꝝ potiusq̄ religiosorū. ¶ Interrogādi ēt sūt de.xij. abusionib9 claustri sm Ray. q̄ s3 Vgonē sunt iste. Prelatus negligēs: Discipulus inobediēs: Iuuenis ociosus: Senex obstinatus: Monach9 curialis: Monachus causidic9: Habitus pciosus: Cib9 exqsitus: Rumor i claustro: Is i caplo: Dissolutio i choro: Irreuerētia circa altare. In his qñq3 ē mortale qñq3 vēiale: sm q̄litatē facti et itētionē. Magna ēt est abusio religiosorū iurare i cōi locutione: ēt si dicāt veritatē: et etiā maledicere et blasphemare: ēt si ex leuitate. ¶ Interrogādū ēt ē pcipue de cerimonijs pncipal: b9: et de esu carniū ex in firmitatē. De lineis nō vtendis ad carnē: delectis nō plumeis de ieiunijs regule vl cō

stitutionum: de obseruantia si lentij in certis horis et locis. Ad que oia obligant oes mo nachi: et etiã plures religiosi et monachi sancti Benedicti: ex de statu mo. c. cũ ad monasteriũ: et plures religiosi alioꝝ ordinum ex cõstitutionibꝰ suis. Et licet in his platꝰ possit dispensare: non tñ põt dissipare. qd est secundum Ber. qñ fit absq; causa rõnabili et vrgẽte: alias pctm est dispẽsanti et dispẽsato: plꝰ et minus secundum transgressionem. ¶ Si in obediẽdo male se habuit: videlz qz obediuit in malo: puta dicẽdo mendaciũ: vel ex negligẽtia dimisit cõe mãdatuz, vel tardus fuit ad obediendum vel nõ affectuose sed querulose: vel dissolute et non cum maturitate. ¶ Si irreuerens circa maiores: egre sustinendo reprehẽsiones: et cũ indignatione: cõiter veniale.

¶ De exercitio.

Si vacauit ocio qd est sentina oium maloꝝ et quãtũ. ¶ Si inutiliter expẽdit tpus: faciendo ea que sunt nullius valoris. ¶ Si fecit exercitia mundanoꝝ: vt faciendo bursas: vestes opere polimito: recamationes vel linea reticulata et hmõi: vel cõfectiones nimis pciosas: vel alia gulosa qz magnũ pctm: et abusio est ac occasio multoꝝ maloꝝ: et ideo phibendũ est. Hoc malum etiaz reperit in monialibus modernis. ¶ De cõuersando cũ alijs. ¶ Si cõuersando fuit nimis leuis: vel alios inducẽs ad leuitatẽ: vel risum: verbis: gestibꝰ: vel solacijs. que licet aliqñ sine pctõ fieri possint ad recreationez: vel subleuãdũ se vel alios ab accidia: raro tñ dcet hmõi religiosos. ¶ Si aliqñ irrisit vel gestiuit: qd simijs congruit et histriõibꝰ. nõ religiosis. ¶ Si murmurauit circa victũ et vestitum. ¶ Si impatiẽter tulit graues mores alioꝝ. ¶ Si se grauẽ alijs reddidit. ¶ Si singularitatẽ quesiuit in cibo: vestitu: dormitu: et alijs vñ freqnter orit in ipsis superbia et in alijs murmuratio et indignatio. ¶ Si fratrẽ delinquentez nõ fraterne admonuit: vel defectus alioꝝ: plato nõ significauit. vt adhiberet remediuz seruato tñ ordine fraterne correctionis: in his cõiter est veniale. ¶ Si murmurauit contra sibi cõmittẽte tãq̃ indis-

cretum.¶ Si impatienter se habuit. dure loquẽdo cũ quibus se non hẽt intromittere. ¶ Si nõ diligenter tractauit res mõasterij. ¶ Si nimis tenax fuit in dãdo: vel si nimis prodigus vl' acceptor psonaꝝ sine cã rõnabili: dans magis vni q̃ alteri de reb⁹ cõibus. ¶ Si dedit quib⁹ non potuit: videlꝫ q̃ ñ hẽbat lniaꝫ. ¶ Si permisit res perire et negligẽtia. vel nimis sollicit⁹ fuit. pp hoc parũ vacando sibi ꝑpter implicationẽ reꝝ tpalium: qd vitiũ hodie multum regnat. ¶ Si nõ fuit sollicit⁹ ad adiscendũ ea ad que tenet̃ fm regulam ꝛ ꝯstitutiones peccat. Et ignorãtia vero etiã transgrediẽs nõ excusatur a pctõ. ¶ Si est sacerdos dꝫ querere scire: que ptinẽt ad debite celebrandũ. ¶ Si ꝯfessor que pertinẽt ad illd officiuꝫ. ¶ Si in his est negligẽs: ꝑcipue cũ põt. grauiter peccat. Debet ẽt frequẽtare ꝛ legere scripturã: vel doctores exponentes: vel alios libros deuotos ꝛ vtiles vñ instruat̃ ꝛ ꝯfortetur ad bonũ. ¶ Si legit curiosa ꝛ inutilia: ꝑpter qḋ retrahitur a magis necessarijs. vel doctores gentilum: vel fictiones poeticas ꝛ hmõi q̃ peccatũ est curiositatis. ¶ De pertinẽtibus vero ad religionẽ hẽs diffuse in tertia pte sum. ti. xvi. c. vi.

¶ De oratione ꝛ confessione.

Si nõ orauit vltra officium diuinũ priuatiꝫ ꝑro se pro alijs ꝯsanguineis: bñfactoribus viuis ꝛ defunctis: ꝑcipue recomẽdatis vt dꝫ sollicite. ¶ Si nõ frequentauit ꝯfessionẽ ꝛ cõionẽ scđm regulam suã ꝛ morem. Mõachis vero nigris: preceptũ est ꝙ cõmunicẽt semel in mense. in cle. ne in agro de statu mona. ¶ Si nõ vacauit meditationi: que pmaxime inducit deuotionẽ. ¶ Si fuit tepidus in dilectione dei ꝛ ꝑximi nõ ardẽter affectans honorẽ dei: ꝛ salutẽ animarũ vt decet. ¶ Si ingrat⁹ ad recogitandũ ꝛ cognoscendũ sua bñficia ꝛ recõpensanduꝫ: deuote ipsi deo fuiẽdo. ¶ Si nõ preparauit se ad diuina vt dbuit. Hec sunt pctã in quib⁹ quotidie offenditur deus: ꝛ impeditur profectus religionis.

¶ De amore parentuꝫ.

Si nimis carnaliter dilexit ꝯsanguineos: ni-

mis affectans eorum prospe ritatē: vel gaudēs de ea: aut ɔtristatur nimis de aduersitate. ¶ Si nimis eos visitat vel querit vel gaudet visitari. ¶ Si cū eis loquit̄ de secularibus que nō expediūt: vel ēt cum alijs de guerris ₇ hmōi frequēter interrogat ₇ audit. ¶ Si pro eis ꝓcurat beneficia ecclesiastica vel tēporalia nō aptis bñficijs in qb⁹ posset esse mortale. De alijs vero vitijs cōibus. s. ira: supbia: inuidia ₇ hmōi vide supra in prima ₇ in secūda pte iterrogatorij. De his vero que ptinēt ad regulā suā: ipsemet videat p se ₇ dicat. ¶ Si penas aut penitētias taxatas vel iniūctas a regula. vel cōstitutionib⁹: vel a p̄lato nō fecit: peccauit si ex negligentia. ¶ Si nullo mō esset paratus facer. ēt p̄lato precipiēte: est mortale. ¶ Si nō intēdit ꝑficere in vita: sed que fuat. inuitus fac: ₇ male ɔtētus est esse in religione: hypocrita est ₇ in statu dānatiōis. Tho. s. se. q. lxxxiiij. ar. v. ¶ Qui vocantur ad dirigēdas moniales in electionib⁹. nisi abstineāt ab his p que posset oriri discordia inter eas: sunt excōicati. ¶ Religiosi ₇ clerici inducētes ad vouēdū: iurādū: vel ꝓmittendū de eligendo apud eos sepulturā: vel vt eā vlterius nō mutēt iā electā: sunt excōicati. excōicatione papali in cle. c. cupiētes de penis. ¶ Religiosi qui absq̄ spāli lnia presbyteri sacerdotis solemnizarēt matrimoniū: aut ministrarēt sacramētū eucharistie: vel extreme vnctionis: excōicati sūt excōicatione papali in cle. prima de pui. religiosi. ¶ Religiosi qui excōicatos a canone absoluūt in casib⁹ nō concessis: aut qr absoluūt a sententijs per [illegible] uta synodalia. vel ꝓuincia[illegible] promulgatis: aut absoluūt [illegible] pena ₇ a culpa: sunt excōicati excōicatiōe papali per. d. cle. primā de priui. religiosi. ¶ Inqsitores hereticoꝝ qui odio: gratia vł lucro: ɔtra iustitiam ₇ ɔsciam ōmiserint cōtra quēpiā ꝓcedere: vel ipsaꝫ heresim alijs imponere. aut imponerēt quod officiū coꝝ impediret: sunt excōicati excōicaione papali in cle. c. multoꝝ de hereti. ¶ Religiosi mēdicātes ꝓfessi. trāseuntes ad aliquaꝫ religionem

monachalem excepto ordine cartusien. et similiter recipientes sunt excõicati excõicatione papali per constitutionem Martini quinti factã Constã tic. ¶ Clerici scienter et sponte cõicãtes cũ excõicatis excõicatione a papa in diuinis sũt excõicati excõicatione papali secũdũ Hosti. Ista excõicatio habet dubiũ. ¶ Participãtes i crimine pp qd aliqs est excõicatus aliqua pdicta rum et aliarũ excõicationum: sunt excõicati per papam. c. si cõcubine de sen. excõ. ¶ Absoluentes aliquẽ ab aliqua predictarũ excõicationũ citra sedẽ aplicã pterqʒ in mortis articulo: q taliter absoluti si nõ se representãt ei a quo pñt ab solui qʒ citiꝰ possunt: vel mittãt pro absolutione. reincidũt in eandẽ. s. excõicationẽ papalem. c. eos de sen. excom. in. vj. ¶ Sepelientes corpora in cimiterijs tẽpore interdicti i casibus nõ cõcessis a iure: sunt excõicati per excõicationem epalem in cle. c. eos. de sepul. ¶ Sepelientes excõicatos publice aut nominatim interdictos. vel vsurarios manifestos: scienter in cimiterijs: sunt excõmunicati: dicta cle. eos. ¶ Clerici locãtes domos manifestis vsurarijs ad fenꝰ exercẽdum seu alio titulo cõcedentes: sunt excõicati. c. Usurarꝫ de vsuris li. vj. ¶ Nõ electus a duabus partibus cardinaliũ et se gerẽs pro papa est excõmunicatus. c. licet de elec. ¶ Monachi et canonici regulares: archidiaconi: decani: pposit: plebani: cãtores: et alij clerici personatũ habentes aut qui vis pñbyteri qui audiũt leges vel physicã sunt excõicati. c. nõ magnopere. necle. vel monachi se rebꝰ secu. immisceãt li. vj. c. j. ¶ Religiosi dimittentes vbicunqʒ habitũ sue religionis et accedentes ad queuis studia litterarꝫ sine licẽtia plati aut cõuẽtus sui: sunt excõicati. c. vt periculosa. ne cle. vel monachi li. vj. ¶ Religiosi q decimas debitas ecclesijs sibi appropriant vel vsurpãt: siue qui nõ pmittũt solui ecclesijs decimas de animalibꝰ familiarium et pastorꝫ suorum tales si non habent administrationem et beneficia sunt excommunicati: si habent sunt suspẽsi: nisi requisiti destiterint infra men-

sem:in cle.c.religiosi.de deci. ¶ Monachi & canonici regulares nō hñtes administrationē & se pferentes ad curias principū:vt dānnū monasterijs inferant:aut prelatis:sine licētia suoꝝ prelatoꝝ:siue qui tenēt armā infra septa monasterij:sunt excōicati. in cle.ne in agro de statu monachorū. ¶ Religiosi nec nō moniales professi ɔhētes matrimoniuꝫ & alij clerici ɔstituti in sacris: de facto sūt excōicati:cle. eos de ɔsan. & affi. ¶ Inqsitores hereticoꝝ qui ptextu officij in quisitionis qbusuis modis illicite pecuniā extorquent: vel scienter bona ecclesiaꝝ ob delicta clericoꝝ fisco ecclesie applicant.sunt excōicati: nec ab solui pñt nisi plene satisfecerint illis a quibus extorserūt: cle.nolētes eē d̾ hereti. ¶ Religiosi nō fuantes interdictū quod fuat matrix siue cathedralis ecclesia:cle.ex frequētibus de sen.excōicatio. ¶ Religiosi qui ɔsitentib⁹ sibi non faciunt ɔscientiaꝫ scienter de decimis soluēdis:tales ab officio pdicationis sunt suspēsi donec ɔfessis eisdē si cōmode pñt.faciant eis ɔscientiā:& si interim pdicant sunt excōcati. ¶ Similr & religiosi qui dicūt aliqua verba vt retrahāt audiētes a solutione decimaruꝫ sunt excōicati:in cle.c. cupiētes de penis. ¶ Religiosi mendicātes qui domos ad habitanduꝫ vel loca de nouo recipiūt aut mutant vel alienāt de nouo recepta absqꝫ licentia pape:sunt excōicati.de penis.c.cupiētes in cle. ¶ Fratres minores qui tpe interdicti recipiūt ad diuina fratres vel sorores de tertio ordine scti. Frācisci:sunt excōicati.c. cum ex eo.de sen.excō. in cle.

¶ De prelatis in cōi.c.iiij.

a Prelatis in cōi ingrenduꝫ est. Primo si legitime assecutus est dignitatē seu plationē:an videlicet aliq̄ irregularitate vel snia fuit irretit⁹ cū fuit assumptus ad prelaturaꝫ in qua nō fuit dispēsatus vel absolutus videlꝫ si fuit bigamus: si operat⁹ est in causa sanguinis: si illegitimus: si excōicatus:vel suspensus.vel notori⁹cōcubinari⁹in quolibet hoꝝ hoc sciens:tenet platurā furtiue: vñ est ɔtinue in mortali. ¶ Nota q̄d illegitim⁹ ad dignitateꝫ

vel beneficiū curatū:vel prioratū in religione:qui creatur per electionē:sine dispēsatione pape pmoueri nō pōt.et priuilegio tn̄ magister ordinis cū bis pōt dispēsare ad prelaturas in ordine pdicatoꝝ:de hoc habes in.iij.pte summe ti.xix.c.iiij. ¶ Si rite ⁊ absqꝫ vitio simonie fuit elect⁹:cōfirmatus:⁊ ordinat⁹. ¶ Si interposuit preces pro se:vel pcurauit ꝙ ali⁹ porrigeret pces:si mōia est:⁊ si fuit simonia pactionalis indiget dispēsatiōe pape:⁊ anteqꝫ sit dispensatus tenet furtiue dignitatem. De hoc in scđa parte sum. ti.j.c. v.§.iiij. ¶ De simōia ⁊ de oibus que habes.s.i.c.de bn̄ficiatis.⁊ in.c.de clericis in cōi potes interrogare put expedit. Et si est prelat⁹ religiosoꝝ interrogādus est de his que sunt in.c. precedēti ⁊ de alijs que sequūtur. ¶ Si aliqđ manifestum pctm̄ in subditis dissimulauit ⁊ nō correxit: aut si nō manifesta que tn̄ ad eius notitiā aliqualiter puenerunt vlterius nō qͣsiuit:si merc et negligentia dimitteret : puto mortale:quo ad crimiali. Si autē ex aliqua rōne.vt ad maius scandaluꝫ vitandū secus. ¶ Si in.cap.equus iuder nō fuit. ¶ Si de reb⁹ monasterij dilapidatoꝛ fuit. ¶ Si supioribus suis non obediuit. ¶ Si causas sibi a superiorib⁹ commissas nō scđm ꝯsilium peritoꝝ:sed scđm acceptionē personaꝝ determinauit. In omnib⁹ his est pctm̄ mortale:vel veniale ꝓm quātitatem excessus ⁊ maliciā ⁊ negligentiaꝫ. ¶ Si indignos ⁊ nō ydoneos in officijs posuit. ⁊ maxime ad curā animarū: ⁊ male videtur talis posse excusari a mortali:si eos quos scit malos:⁊ in mortali pseuerare ponit ad curam animaꝝ cū pōt repellere : nec credo ꝙ excuset paucitas.s.q: nō inueniuntur alij:⁊ ēt si iste alias sit industriosus multū ⁊ bene officiet ecclesiaꝫ in exterioribus. ¶ Idem cū sustinet tales si illos potest iuridice remouere. ¶ Si posuit ad audiētiā confessionuꝫ notabiliter ignorantes ⁊ ineptos:vel criminosos mortaliter peccauit per regulam. Qui causaꝫ damni dat. ¶ Idem si tales tollerat cum possit remouere:nisi forte a superiori sint ad hoc positi. Sꝫ

quam curaꝫ de ipsis habebit cum ad sui dãnationem exer ceant tales officium audiẽdi ꝯfessiones. Quomodo aũt di catur ineptus: vel notabiliter ignorãs: hẽs hic supra. videlꝫ in scda pte de sciẽtia ꝯfesso-ris. ¶ Si fuit nimis pōposus ꝛ curiosus in edificijs ecclesie vel monasterij: in ornamẽtis ꝛ hmõi qđ est contra sniam Hieronymi: ꝛ Ambrosij. xij. q. ij. c. aurꝫ ꝛ c. gloria epi: ꝛ etiã Bernar. Et tñ a modernis fi unt hodie multe supfluitates ꝛ curiositates: ꝛ pallatia ꝯtra exempla omniũ sanctoꝝ: ꝛ in his amittit̃ multũ tempus ꝛ deuotio: ita vt cõpletis edifi-cijs exhaustus videat̃ omnis spũs: ꝛ pauperes interea mo riunt̃ fame. quos de supfluis eoꝝ tenẽtur sustentare. xij. q. j. c. epus ecclesiasticarũ. ¶ Si nimis fuit sollicitus circa tẽ-poralia: ex hoc minus debito vacans spũalibꝰ in se ꝛ in sub ditis vt lectioni: orationi: ad-monitioni: vtiqꝫ peccatuꝫ est plus ꝛ minus scdm quãtita-tem excessus. Principalis. n. eius cura debet esse de spũa-libus. ¶ Si per curias nimis discurrit litigando cũ scanda lo hominũ: cum posset per ali um meduꝫ magis pacificum sua repetere ꝛ si nõ tñ. ¶ Si iura ꝛ priuilegia sue eccl'ie nõ seruauit ꝛ defendit vt debuit. ¶ Si in dispẽsando: idiscrete se habuit: vel qꝛ nimis de fa-cili ꝛ sine cã rõnabili in ieiu-nijs dispẽsauit. In esu carniũ in retinẽdis rebꝰ ad vsum. in penitẽtijs taxatis scdm regu lam vel ꝯstitutiones ꝛ hmõi: qꝛ peccauit inducẽdo relaxa-tionẽ ꝛ rigorẽ religionis ener uando. Vñ beatus Benedi-ctus in regula dicit ꝙ de om ni dispẽsatiõe hẽt reddere rõ nẽ. ¶ Si fuit nimis durꝰi dis pensando cum debuit ꝑcipue cum debilibꝰ ꝛ infirmis ꝛ hu iusmodi non prouidens eis. ¶ Si fuit exẽplaris in incessu moderato: habitu nõ ꝑcioso: in modestia gestus. In locuti one rara: graui ꝛ fructuosa: ca uens discordias paceꝫ nutri-ens: oẽs patiẽter videns ꝛ tol lerans: singularitates vitans cõmunia sequẽs cum pōt: ne mini blãdus: affabilis cũctis: susurrationes: detractiões: ir risiones: cõfabulationes: ma ledictiones: cõtentiones in se ꝛ in suis eliminans: circũspe-

ctus in omnibus: nō delectatus de presidentia: sȝ timens de negligētia: cuȝ de singulis hēat reddere rationē sibi cōmissis. Ita curam alioȝ hēant ꝙ sui nō obliuiscant: vt docet Gre. in pastorali. ¶ Si in corrigēdo fuit nimis remissus vel nimis rigidus: vtrūqȝ cauēdū est vt docet Greg. in moralib⁹ ꝛ hř. xlv. di. c. discipli na. Nā facilitas venie icētiū prebet delinquēdi. Ambro. xx iij. q. iiij. c. est iniusta ꝛ asperitas nimie increpationis: nec correctionē recipit nec salutē. Leo. di. xlv. c. cuȝ btūs ꝛ. c. licet plerūqȝ. ea. di. ¶ Precipue vero circa seniores dȝ plat⁹ in corrigēdo se hř. humanius: vt dř in illo. c. nisi eēnt habituati in malo: qꝛ tūc durius hȝ Gre. vt di. c. disciplina. ꝛ. c. licet plerunqȝ ꝛ. c. cū btūs. ꝛ. c. penitudinis tpa. xxvi. q. vij. ꝛ. c. tanta lxxxvi. di. ¶ Si nō idsit quātum potuit verbo ꝛ exēplo ad obseruandū oia cerimonialia ordinis sui. ¶ Si malas ꝯsuetudies seu corruptelas: regnare permisit. s. ꝯtra regulam ꝛ decētiā religionis: etiaȝ quas inuenit iā inductas nō abstulit quātū potuit. vt vitiuȝ proprietatis: discursum fratrum ad placitum: familiaritatē cū mulierib⁹ vel viris si est monacha: collationē reȝ amicis ꝛ ꝯsanguineis sine licentia ꝛ rationabili causa: esum carnium vbi nō debēt comedi qd̄ est vniuersale omni mōacho de ꝯsecra. di. v. c. monacho. ꝛ precipue que sunt ꝯtra essentialia vota religiōis nullo modo debet permittere: nec etiā ad receptionē simoniacā monialium sicut hodie fit quasi vbiqȝ. Qd̄ si nō pōt talia remouere: nec est spes in futuȝ dimittat curā exemplo sancti Bñdicti. vij. q. j. c. aduersitas circa. fi. in. c. fi. ea. q. alś ne gētem suā amittat: ꝛ tandē cum eis dānationeȝ icurrat: qcūqȝ sit ille abbas. vł abbatissa. prior vel priorissa: vel alias quocunqȝ noīe cēseatur. Nec sufficit ꝙ prelatus corrigat vitia que iaȝ nosce ꝯtigerit: sed debet diligēter agnoscere vultū pecoris sui ꝯsiderādo vias ei⁹. ¶ Caueat aūt ne crimina sibi delata in foro ꝯsciē vel in secreto ꝓdat vł iudicet de illis in foro ꝯtētioso: seu i cap. vbi n. tm̄ manifesta sunt punienda nec foro miscēda sūt iudiciali.

¶ Si habet sub cura mona-sterium monialiū:de qua ma teria dicet in.c.s.¶ Si idiscre te fecit pcepta in quib⁹ multū debz cauer nisi sit res ardua. Et si cogeret per pceptuz vel sniam ad aliquid faciēdū vel dicēduz in quo nō esset ei sub ditus:vel nō deberet ei obedi re:vt reuelando pctm̄ occultū omnino eēt ei mortale.¶ In inquisitione vero criminū:re ceptione accusationis: vel de nūciationis:vel ꝓlatione sen tentie excōicationis : ꝛ hmōi nō sit pceps. Nō ꝓcedat per suspitionez:sz per ꝓbationes ꝛ modos iuridicos:alias icur rerit graue pctm̄:ꝛ aliqñ sentē tiam excōicationis:de his in iij.pte sum.ti.ix. quasi per to-tuz.¶ Si prelatus recipit ali quē in ordine mendicātiū ad professionē ante annū cōple-tum ꝓbationis seu nouiciat⁹: est suspensus a receptione ali orū ad ꝓfessionē:ꝛ debitor pe ne grauioris culpe:vñ morta liter peccat. Extra de regula ribus.c.nō solum.li.vj.

¶ De episcopis ꝛ prelatis su perioribus.c.xv.

Circa epos ꝛ alios su periores prelatos sic pōt formari interrogationes nisi sit talis litterature ꝛ scien tie ꝙ per se sciat explicar que debet:ad qd̄ tñ tenet cuz ha-beat alios sup his informare ꝛ dirigere. Nā si bonus cōi-ter ab hominib⁹ reputat ꝛ suf ficiens:nō esset necessariū ni-si euz audire. Et si de aliquo negocio nō intelligit eum cō-fessor vel dubitat : pōt de illo loqui pro sua serenitate. Et si tale quid esset in quo variant opiniones vel nō pt dari cer ta snia:relinquendū est sue cō-scientie.¶ Idē dicendū circa alios clericos.religiosos:pla-tos:ꝛ laicos peritos ꝛ timora tos:qui sciūt dicere sufficien-ter facta sua.¶ Si vero non est talis:sz idiget adiutorio in terrogantis:inquātū clericus est inquiri ab eo pōt prout ex pedire vr̄ de his que hēs.su-pra circa clericos in cōi:vt de offō diuino:de celebratione:ꝛ administratiōe sacrorz ꝛ mō: ꝛ hmōi.¶ Si assumpt⁹ est ad epatū ex religione: interrogā dum est de his que hēs in.c. circa religiosos quo ad mul-ta. Nam adhuc tenet seruare ordinē suū:nisi in his que nō patiunt officiū pastorale: vt si

lentiũ: sollitudo ⁊ vigilie ⁊ hu iusmodi. Hec vide in.iij.pte sum.ti.xxi.c.ij. Itez Thomas scđa scđe.q.clxxxv.ar.viij. In quãtũ vero bñficiatus seu cu ratus est ⁊ p̃latus:interrogã-duȝ est de his que hẽs. supra in.c.circa bñficiatos. Et si re cepit dignitatẽ seu ep̃atũ bñs aliquã irregularitatẽ: vel per simoniã vel per' intrusionem dic.vt.in.c.p̄cedẽti in p̄n. De inde interroga de his que se-quunt:que sunt sp̃alia cure et officij pastoralis. ❡ Si ꝯtulit ordines sacros idebite:q̄d est vnũ in quo multũ offendunt. ❡Si ꝯtulit per simoniam sȝ occulte:mortal'r peccauit:non tñ est suspẽsus ex hoc quo ad alios:sȝ per simoniã notoriã: est suspensus ẽt quo ad alios. Sed in vtroqȝ casu ordinat⁹ ab eo: est suspensus ⁊ indiget dispẽsatione. ❡Si ꝯtulit sciẽ ter nõ habentib⁹legitimã eta tem:mortale est: nec põt ipse dispẽsare de etate. ❡Si ꝯtu lit ordines per saltum sciẽter: vel duos sacres simul: vel q̄t tuor minores cũ subdiacona tu:peccat mortaliter. ❡Si cõ tulit ordines sacros ex̄ tẽpora ordinationuȝ:mortale est:nisi ex dispensatione pape:⁊ ordi-natus est suspẽsus. Minores autẽ ordines ꝯferre põt die-bus festiuis. ❡ Si in ordina-tione õmisit aliquid faciendũ ⁊ si õmisit aliquid de substã-tialibus in quib⁹imprimit ca racter:opȝ totũ iterare in alia ordinatione quattuor tẽporũ Si vero est q̄d nõ est substã-tiale:sȝ de simplici solẽnitate: nõ debet iterari:sȝ suppleri tã tum õmissum in ordinatione alia:nec pri⁹ ante suppletionẽ iste ordinat⁹:dȝ exercere offi-cium. Peccat ep̃s in hmõi si ex certa scia vel crassa ignorã tia hoc facit. Idem videt si ex notabili neglĩgẽtia. ❡Si ordi nauit aliquẽ sine licẽtia sui su perioris sciẽter:mortale est:⁊ est suspensus per annũ ab or dinũ collatione. ❡Si nõ fecit fieri examinationẽ de ordinã dis.de scia:etate ⁊ moribus ⁊ hmõi f̃m iura:peccat morta-liter. Idẽ si fec̃ fieri examina-tionẽ per ineptos ad hmõi or dinãdos. Idẽ si fieri fecit per tales:quos estimabat pp ma lam eorũ ꝯsciaȝ ꝙ admitterẽt indignos:si ad eũ spectat ꝓui dere de talib⁹ vel remediare. ❡Si sciẽter admittit idignũ

quem iuste repellere potest: vt ɔcubinarium: illiteratū ꝛ huiusmodi. ¶ Si nō contulit sacramentuȝ cōfirmationis qn̄ debuit. Soli enim epi pn̄t illud ɔferre. Et omni anno semel deberēt ɔferre: ꝛ cꝫ illud tempus solitū: omni tpe anni ꝛ hora. morituris pn̄t ɔcedere: ne sine hoc moriant̄ q̄uis sine hoc saluētur. Cōmittendo ergo magnā negligentiaȝ: vt per multos ānos credo eē mortale. ¶ Si nō dedit sacramentū scd̄m debitā formam materiā ꝛ locum: mortale est. ¶ Quod autē sit ieiunus: nō est necesse ꝛ si decens ꝛ de iure. ¶ Si bis alicui dedit sciēter: peccauit mortaliter. Vn̄ in hoc dȝ eē cautus ne iteret: ꝛ etiā dȝ aduertere q̄ aliquis chrismatus teneat chrismandum: nō ɔsanguineus sȝ aliꝰ. ¶ Si in cena dn̄i nō ɔsecrauit chrisma ꝛ oleuȝ sanctū vt debuit: q2 inouāda sunt talia. ꝛ si nō seruauit debitā materiā ꝛ formā ꝛ ritū eccle: mortale est ꝛ hmōi. ¶ Si ɔsecrationes ecclesiaꝝ. vel altariū: ꝛ calicū ꝛ patenaꝝ ꝛ benedictiones vestium sacraꝝ: nō fecit vt debuit scd̄m formā ꝛ rituȝ ecclesie: vel si quid boꝛuȝ fecit per simoniā: mortale est. Idē de bn̄dictionibꝰ abbatū ꝛ abbatissaꝝ. Idē de reconciliatione ecclesie violate. ¶ Moniali quā nouit esse corruptā nō de facili debȝ ɔsecrare in virginem: nec tn̄ manifestare crimen si est occultū: sȝ mutare nomē virginis in castaȝ vt nō ppēdatur. ¶ Si ɔtulit beneficia per simoniaȝ: mortale est: ꝛ si per notoriā est suspensus: etiā quo ad alios. Secus si per occultā q2 nō est suspēsus. ¶ Si ɔtulit sciēter indignis beneficia siue simplicia siue curata: mortale est. Ideȝ si acceptauit a patronis: pn̄tatum ineptū. Idē si ɔfirmauit indignū. ¶ Si contulit plura bn̄ficia in casu nō ɔcesso vni: vel plura officia aut pbēdas. aut dignitates: vel si ɔsanguineis minus aptis ɔtulit rōne cōsanguinitatis postponēdo aptiores: mortale ē. ¶ Si admisit ad bn̄ficia habētia curā animarū. seu ipsa contulit nō agentibꝰ annū. xxiiij. mortale est. ¶ Si ecclesijs de iure vacantibꝰ nō ꝓuidit de rectore sicut vacāt curata bn̄ficia data absq3 dispēsatiōe pape bis

